

vt quibus de Capitibus doctrinæ Christianæ totius orbis Christiani decreta intercesserunt, ea rursus in dubium reuocentur. Itaque; condemnastis eum inauditum, libros eius Vulcano corrigēdos tradi distis, fortassis idem de ipso factura eras, nisi maturè sibi fuga consulisset. Scribit autem idem Stācarus, misisse vos pro consilio ad Tigurinos & Geneuenses, qui vobis Arrianam, Eutichianam, Appollinaristarum, Timotheianorum, Acephalorum, Theodosianorum, Gaianitarum, & Macarianorum hæreses pro fide Catholica remiserūt, ipsi etiam inter se pugnantes. Coram his quoque; tu prosternebare meretrix. Venerunt ad te postea Blandrata, Lyfnamimus Galli, quidam Georgius Niger, qui minorem esse patre filium asserbat: In his quoque; sublimibus collibus, sub his lignis frondosis tu prosternebaris meretrix. Venit postea Gētilis quidam personatus Ernomianus, qui gentilem vt te faceret, vel vt Iudaismū potius induceret, proximè secū trahentem


Stancarij  
libri ex  
sti Pin-  
zouia.

Bládrata  
Lyfma-  
mimus  
Niger.


Gentilis.


tem inter ceteros comites Gentilismū siue Paganismum, Catholicam & Orthodoxam Ecclesiæ doctrinam de sanctissima Trinitate non est oppugnare veritus, atque; vt Christū negares author tibi fuit. In hoc quoque; colle sublimi, sub hoc ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Venit ad extremū Ochynus, <sup>Ochynus</sup> nuper admodum ab Heluetijs pulsus, qui diuersa quidem ratione, sed minime tamen à Gentile diuersa docuit. In hoc quoque; colle sublimi, sub hoc ligno frondoso tu prosternebaris meretrix.

Sed paulò plura de Ochyno dicere <sup>Inimicus & defensor ecclesie</sup> libet, vt qui vir sit iste, simul quæ sit hæc <sup>fiat Ochynus.</sup> turpis tua fornicatio, cognosci possit ab eis, qui fortè non satis adhuc habent eū <sup>Psal. s.</sup> perspectum. Vbi Psalmi locum illum enarrant Hieronymus & Augustinus. Vt destruas inimicum & defensorē, sic enim legit Augustinus. Inimicū & defensorem, siue vltorem, hæreticum intelligi volunt. Qui cum nequitia sua <sup>Ochini astus</sup> dem & Ecclesiam Christianam oppugnet, defendere tamen eam assimilat. Ipsissi-









# CATHOLICI

CVIVSDAM ET ORTHO-

DOXI IVDICIUM ET CENSURA,

de iudicio & censura ministrorum Ty-

gurinorum & Heydelbergensium,

de dogmate contra adorandam

Trinitatem in Polonia

Libellus pius & doctus, hocq; complurium Secta-  
rum tempore lectu cum primis necessarius.



*Hunc h  
Fr Mar  
p cella  
loci  
A D*

BENEDICES  
CORONÆ ANNI  
BENIGNITATIS  
TVÆ. PSAL. 64

*brum relig.  
Ang obsequie  
P Guardiam  
Bi dy me  
1588*

COLONIAE;  
Apud Maternum Cholinum.

M. D. LXV.

Cum gratia & privilegio Cæs. Mai. & approba-  
tione facultatis Theologicę Coloniensis.

[2590. 1920]

B 799.

**CATHOLICI CV-  
IVSDAM ET ORTHODO-  
XI IVDICIUM ET CENSURA,**  
de iudicio & censura ministrorum Tigurinorum  
& Heidelbergensium, de dogmate contra  
adorandam Trinitatem in Polo-  
nia nuper sparso.



Egi iudicium & censurā  
vestram, Heidelbergens-  
es Tiguriniq; ministri,  
de dogmate contra ado-  
randam Trinitatem per  
quosdam turbulentos in

patria mea nuper sparso. Quam vellē  
vt sicut hoc, sic alia pleraq; omnia scri-  
psissetis. Vtinam in cæteris quoq; dog-  
matibus, de quibus hac ætate nostra  
controuertitur, dijudicandis, eadem v-  
estri norma fuissetis, & aliquid Patribus,  
venerustati, Concilijs, tribuendū esse pu-  
tauissetis: Non videremus nunc Ec-  
clesiam tot ita foedis erroribus miseran-  
dum in modum deformatam, nec tam  
grauibus eam tempestatibus & procel-

Contro-  
uersijs  
Theolo-  
gicis fa-  
cile diri-  
mendis  
coopera-  
rantis



4 CATHOLICA CENSURA

lis iactari atq; agirari cerneremus, nec aures nostræ tot blasphemijs tam horrendis personarent, non eorū tantū, quos hac censura vestra percellitis, verū & vestris & aliorum vestri similium nō paucorum. Neq; enim temerè quidam ex vestris queritur, licere nunc vnicuique monstrosa dogmata fingere, quandoquidem res ad Anarchiam esse perducta videtur.

Philipp' Melan-  
thon in  
Pæfatio  
ne in cor-  
pus do-  
ctrinæ  
suar.  
Trinita-  
riorum  
hæreseos  
hac æta-  
te quis  
auctor.

Sed iam demū intelligere videmini, quanto sit facilius initium discessionis, ab Ecclesiæ Catholicæ consensu, quem vos Papatum vocatis, quàm finē inuenire. Si nos diceremus quòd occasionē huic hæresi tam impuræ, quam nunc iustissimis rationib. oppugnatis, vos ipsi dederitis, quòd illius auctores vel propagatores potius vos ipsi fueritis, quòd in hoc extremæ barathrum impietatis illi sese, vobis ipsis vsi præceptoribus, & magistris, præcipitarunt, procul dubio minus apud vos hæc assertio nostra pōdus esset habitura. Cū enim non à vestra magis parte, quàm ab omni alia nefaria

faria diffensione & sacrilega diuisione  
 semper abhorrerimus, nec alia res vlla  
 maiori nobis curæ fuerit, quàm vt cum  
 orbe terrarum in Christi pace, in Eccle  
 siæ Catholicæ vnitate, in fraterna chari  
 tate, quæ vos Papatum vocatis, perma  
 nere possemus, vsq; eò etiam, vt si quis  
 nos hac de causa Papistas appellare vel  
 let, non solùm nihil nos eius appellatio  
 nis puderet, verum etiam cum primis id  
 amplum nobis ad laudem & gloriam  
 esse iudicaremus. Tales itaq; cùm nos  
 esse profiteamur, & præ nobis feramus,  
 non immeritò hoc nostrum de vobis  
 iudicium suspectum vobis esse posset.  
 Nunc autem affirmat hoc de vobis mi  
 nister, vel, si sic eum appellare magis li  
 bet, Symmystes quidam vester, quod  
 que maiorem vobis admirationem ad  
 ferre possit, ille ipse, qui iudicium hoc  
 vestrum de doctrina turbulètorum ho  
 rum Cracouiæ typis excudendum cu  
 ravit. Habuit is contra turbulentos  
 istos in celebri quodam loco sermones  
 aliquot, lingua vulgari, quos prælo sta

Papista-  
 rum no-  
 men glo  
 riosum

## 6 CATHOLICA CENSURA

tim traditos in lucem prodire voluit. Et quoniam hic mos à multis obseruatur, vt in prima pagina scripturæ locum aliquem ponant, ad rem qua de agitur accommodatum, hanc ei scripturam proferre visum est: Nisi vitula mea arassetis, non inuenissetis. Cuius hæc verba sint, non ignoratis: propter eos tamen qui minus versati sunt in scripturis, paucis rem explicare libet. Proposuerat Samson suis in conuiuio quodã sodalibus problema, quod soluerent intra septem dies: Quod cum per triduum facere non potuissent, ad vxorẽ eius accesserunt, ab illa petiuerunt, vt quibus posset blanditijs à viro conaretur expiscari, quid sibi vellet hoc problema. Quod cum illa fecisset, suisque ciuibus, à quibus rogata fuit, indicasset, statim illi venientes problema soluerunt. Samson verò cum quid actum fuerat olfecisset, Si nõ arassetis, inquit, in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam. Quibus verbis hoc significare volebat, quod nisi didicissent

Samsonis problema.  
Iudic. 14

ex ipsius vxore, nūquam problema sol  
uissent. Cū igitur eadem hæc verba  
in prima statim facie libelli sui protu-  
lerit, Symmystes hic vester, eos oppu-  
gnans, quorum à vobis quoque doctri-  
na damnata est, quid aliud voluisse di-  
cere credendus est, quàm, Nisi docti à  
nostris, nisi Luthero, Zvinglio, Calui-  
no, præceptorib. vsi fuissetis, nunquam  
inuenissetis propositionem hanc, Non  
esse deum trinum & vnum: non esse fe-  
rèdum, nec Trinitatis, nec essentię, nec  
personæ nomen, quandoquidè in scri-  
pturis nusq̃ reperitur. Verùm à nobis  
didicistis Patres, vetustatè, Concilia cō-  
temnere, consensum totius Ecclesię ne-  
pili quidè facere, plus priuato vestro, q̃  
orbis totius Christiani iudicio tribue-  
re, nec quidq̃ quod nō expressè cōtine-  
tur in scripturis recipere. Atqui hæc est  
vitula nostra, qua nūc vos aratis, qua si  
non arassetis, in hanc extremā impieta-  
tè prolabi nunq̃ potuissetis. Ac ne no-  
strum hoc esse commentū existimetis,  
Melanthon etiam vester eadè hæc ver-

ba nō diffimili sensu produxit. Sic enim scripsit in suo postremo Chronico: Et si fides nititur verbo Dei, & norma iudicij esse debent scripta Prophetica ac Apostolica, & Symbola, tamen vocē purioris Ecclesiæ docētis, & commoneficientis, audire pium est, iuxta dictū, Ni si arassetis in vitula mea, non inuenissetis: Pręclare Melanchthon dictum hoc vsurpauit, vt demonstraret, ita demum scripta Prophetica & Apostolica intelligi rectē posse, si quis aret Ecclesiæ vitula, hoc est, si vocem illius docentis audiat, si quę illa scripturę sensum affert, eum sequatur.

Cæterum vester hic Symmystes dicit, quòd non Ecclesiæ, sed vestra vitula arauerint ij, quos oppugnatis. Videtis igitur, quæ sit illius de vobis sententia. Sed neq; vos inficias ire videmini, ita rem habere, cū cui maximè fundamento nitantur isti, contra quos sententiam fertis, ijs verbis explicatis. Fundamentum doctrinæ ipsorū, cui reliqua nituntur, est, Vniuersam doctrinā in Papa-

tu

Prophe-  
tarum  
& Apo-  
stolica  
scripta  
quando  
optimè  
intelli-  
guntur.

Trinita-  
rij erro-  
rem hāu-  
serunt à  
Luthero  
& Tiguri-  
nis.

Funda-  
mentum  
doctrinę  
Trinita-  
riorum.

tu corruptam fuisse: & tantum integrā In iudi-  
 baptismi formulam sub fœcibus relicta: cio Tigu-  
 Neq; enim Antichristū quicquā inte rinorum  
 grum reliquisse. Itaq; non credendum de Trini-  
 summū dogma salutis nō etiā fuisse tarijs  
 ruptum. Se igitur his cōsideratis, quæsi-  
 disse aliā & verā doctrinā de ijs dogma-  
 tibus in sacris literis & vetustis Patribus,  
 propinquis Apostolorum ætati, eamq;  
 sibi patefactam esse. Olim cūm floreret  
 Papatus, grauiter Sathan Ecclesiam af-  
 flixit, dum omnia Pontificum figmēta,  
 pro oraculis diuinis illi obtrusit. Hac  
 fraude detecta, contrariam viā insistit,  
 & suadet in vniuersum omnia explodē-  
 da esse, quæ in Papatu recepta fuerunt:  
 Sed si ita faciendum fuerit, reijciendæ  
 erunt sacræ literæ, reijciēdum Symbo-  
 lum Apostolicum & Nicenū, hæc enim  
 in suis Ecclesijs legunt & canunt Papi-  
 stæ, Vestra sunt hæc verba, Tigurini, qui-  
 bus dum aduersariorum latus pētitis,  
 vestrum ipsi confoditis: Fundamētum  
 ipsorum doctrinæ, cui reliqua nitun-  
 tur, hoc esse dicitis, Vniuersam doctri-

nam in Papatu corruptam fuisse. Ceditò, quis primus fundamentum hoc iecit? Si primos vos fuisse dicam, à veritate fortassis aberrauero: sed priore statumen vos fuisse certum est, his, quorum hac vestra censura dogma condemnatis. Etenim qui maximè niteretur huic fundamento, primus fuit hoc infœlici sæculo nostro, Martinus Lutherus. Proximum ab eo locum vos obtinetis, qui cum initio Lutheri sectatores fuissetis, sicut paulò antè sensum, & consensum Ecclesiæ Catholicæ, sic & Lutherum postea longum valere iussistis, ac pridem ab Ecclesia damnatam Zvinglij doctrinam estis amplexi, qua docet, Falsum esse quod ait veritas, Cum panem accepisset & benedixisset ac fregisset, dedissetque discipulis suis, dicens: Accipite & comedite, Hoc est corpus meum, cum non sit ibi corpus iuxta sententiam vestram, verum figura corporis. Fuerunt quoque alij non pauci, qui & ipsi nitebantur huic fundamento, quos longum esset omnes enumeran-

Martinus  
Lutherus  
quo fundamēto  
usus.

Zvinglij hæresis  
pridē  
dānata.

merando recensere. Quibus cum verò nunc vobis est dimicatio, nouissimum inter alios propè locum tenere videntur. Nam hæresis hæc nuper admodum, in Polonia præsertim, nata est. Quòd igitur istorum quos oppugnatis, idè & vestrum & aliorum hæreticorū omnium doctrinæ fundamentum fuit, est & erit semper, cum vix vlli fuerint vnquã hæretici, qui non ei maximè niterètur.

Trinita-  
riorū hæ-  
resis in  
Polonia  
recens.

Testatus est hoc etiam sanctissimus ille martyr Cyprianus ante mille trecetos annos, cum ad Cornelium scribens ait: Neq; enim aliunde hæreses aborte sunt, aut nata sunt schismata, q̃ inde quòd Sacerdoti Dei non obtèperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur: cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus Sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, postque Episcoporum consensum iudicè se nō iam Episcopi sed Dei faceret, nemo

Omnium  
hæresum  
funda-  
mentum  
Cyprian,  
lib. 1. Epi-  
stol. 3.

diffis



diffidio vnitatis Christi Ecclesiã scinderet: nemo sibi placens, ac tumens, seorsum foris nouã hæresim cõderet. Videtis quẽadmodum sanctus Episcopus & martyr ille fundamētum esse docet hæreseon & schismatum omnium, nõ obtemperare Pontifici, nõ cogitare quòd vnus ipse sit in Ecclesia ad tẽpus Sacerdos, & ad tẽpus iudex vice Christi: sed illius doctrinæ iudicem se facere, nihil vt aliud sit propemodum hæreticum esse, quàm dicere, Doctrinam in Papatu corruptam esse.

Hereticũ esse quid sit.

Papatus est legitimus Ecclesiæ Cathol. magister.

August. Epistola fundamenti. cap. 4. Irenæus li. 4. c. 63.

Quid enim aliud per Papatũ intelligi rectè potest, quàm Ecclesia Catholica? Fremãt licet omnes inferorũ portæ, verissimum tamen illud est, quòd sicut vbi Rex non est, ibi regnum dici nequit: Sic vbi Papa nõ est, ibi nec esse nec dici potest Ecclesia Catholica. Nam vbi vnum esse debet ouile, ibi pastor quoq; sit vnus oportet, nec est alia certior Ecclesiæ nota, quã legitima Pontificum successio. Hęc est quã Augustinũ in Ecclesiæ gremio tenuit, hanc Irenæus, Cyprianus,

nus, Hieronymus, Tertullianus, Origenes, Optatus, denique Catholici semper omnes agnouerunt. Sicut fides non potest esse nisi una, præter quam quicquid est, sicut verè scriptum ab Hilario legimus, perfidia est, non fides: sic & Ecclesia nisi una sit, Sathanæ Synagoga quàm Ecclesia Dei rectius esse dicitur. Sathanas enim est qui spargit, Christus est qui congregat. Sathanas est qui diuidit inter fratres, Christus qui non diuisionis, verum pacis & dilectionis Deus est: propterea mori voluit, ut eos qui fuerant per Sathanam dispersi, precioso sanguine suo congregaret. Quamobrem si non fuerit una, non erit Ecclesia Christi. Una est columba mea, dicit sponsus, perfecta mea, una est matri suæ. Vnum corpus, vnus spiritus, dicit Paulus. Vna fuit domus in qua comedebatur agnus, extra quam eum comedere fas non erat. Hęc vna domus figura fuit vnius Ecclesiæ Catholicæ. Ceterum quæ fieri potest, ut vna sit Ecclesia, si non habuerit caput vnum, pastorem vnum, Papam siue Pontificem

Cyp. Epi  
sto. 9. li. 4  
Hieron.

ad Damasum. Ter  
tullianus  
de præscri  
ptionibus  
hæretico  
rum.

Optatus  
lib. 2. cõ  
tra Do  
natistas  
Hilar. de  
Tri. li. 8.

Osee 13.  
Christus  
cur mor  
tuus?

Ioan. 11.  
Can. 6.

Ephes. 4.  
Exo. 12.

Ecclesia  
non potest  
esse vna  
nisi ha  
buerit pa  
storem  
vnum.

Ezec. 34. tificem vnū. Suscitabo super eos pasto-  
rem vnum, ait Dominus. Et iterum, Pa-  
stor erit vnus omnium, Et in Euāgelio  
Ezec. 39. Christus: Erit vnus pastor, & vnū ouile.  
Ioan. 10. Pulchrè coniunxit vtrumq;. Non enim  
esse poterit vnū ouile, nisi pastor quo-  
que sit vnus. At pastorem hunc vnum  
Christo  
nihil de-  
trahitur  
si Papa  
vnus pa-  
stor dici-  
tur, ostē-  
ditur à si-  
mili.

Christum esse dicitis? Quid autem? an  
& nos alium, quàm Christum pastore  
agnoscimus & confitemur? Nos verò  
clara voce pronunciamus, q̄ Christus  
est, qui pascit nos verbo suo, Christus  
est, qui pascit nos Sacramētis suis, Chri-  
stus est, qui pascit nos precioso corpo-  
re & sanguine suo: Qui nisi pasceret  
nos ipse, frustra pascerent quotquot  
sunt alij mortales, qui pascendi mune-  
re funguntur. Plus etiam aliquid à no-  
bis audietis ô Tigurini. Non solùm pa-  
storem & Episcopum animarum no-  
strarum, verùm & Regem & Dominum  
nostrum, qui potestatem habet in for-  
tunas nostras omnes, & in ipsa corpora  
nostra, Christum esse profiteamur. Sed  
num ideo Sigismundum etiam Augu-  
stum

stum Regem & Dominū nostrum profiteri, num ideo subiectas illi esse fortunas nostras & corpora dubitabimus, ne quid fortè CHRISTI gloriæ detrahamus? De quo rectè cantat Ecclesia, Tu solus Dominus. Ego verò, Tigurini, non dubitanter id affirmo, profiteor etiam coram vobis, & præ me fero, quāuis nihil sit eo verius, quod de Christo cantat Ecclesia, Tu solus Dominus, Regem tamen & Dominum meum esse Sigismundum Augustum, illi fortunas meas, illi corpus quoq; meum subiectum esse, quem insuper etiam Regni totius caput agnosco: Nec me propterea summi Regis illius Regū, & Domini dominantium, dignitati vel minimum detrahere puto, cū illi me parère persuasum habeam, quando Regi meo Sigismundo pareo. Quādoquidem per illum Reges regnant, & Potètes decernunt iustitiam. Illius præceptum est, vt omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & vt subiecti simus Regi quasi præcellenti, & eū honorificemus.

Prou. 15.

Rom. 13.

1. Pet. 2.

Quin

Quin caput regni sit Christus, quin regat illud & gubernet, nemo sanus dubitat: sed cùm oculis carnis nostræ, quãdoquidem in cælo degit, aspici nō possit, munus hoc per eum, quẽ præsentem intueri licet, Regem exequitur.

Papæ ver-  
rū & pro-  
priū offi-  
cium de-  
scribitur

Quod autē de Rege, totidem id verbis de Pastore quoq; & Episcopo animarum nostrarū, incunctanter affirmo, quòd & meum & Ecclesiæ totius pastorem Pōtificem & supremum sub Christo capite, caput agnosco, profiteor, & præ me fero Piū Quartū Papam, illiq; me subiectionem, reuerentiã, & obedientiam omnem debere. Qua re tātum abest, vt imminuere me quicq; de Christi veri summiq; Pontificis ac pastoris: & Ecclesiæ totius capitis gloria persuasum habeam, vt magis etiam illam augere me per hūc modum & amplificare credam. Ipse enim est, qui sub Petri persona suas oues illi pascendas omnes commendauit, qui cum visibili præsentia non esset habitaturus inter nos, ipsius in pascendo grege suo ministeriū & vica-

Ioan. 21.

& vicariam operam adhibendam putavit, non ad eum ius honoremq; suum transferendo, sed vt suum tantum per eum opus agat ipse, qualiter ad opus quoq; faciendum artifex vtitur instrumento. Quare manet ipse caput Ecclesiæ, summus illius Pontifex & Pastor nihilominus, regit, regnat, & imperium exercet ipse nihilominus in Ecclesia, verū opus hoc suum per Pōtificem Pium Quartum agit ministrum suum: non quod non possit illud per seipsum, sine alio quouis adminiculo aut organo præstare: sed hoc modo visum est illi, suam erga nos dignationem declarare cū ex hominibus sumit, qui pro se in mundo legatione fungantur, qui sint arcanae suæ voluntatis interpretes, qui denique personam suam representent. Nec alius illi visus est firmiter vnitatis retinendæ nodus, quo suam adstringeret Ecclesiam, quàm si vnum aliquem illi præfecisset, cuius in ea gubernanda visibili ministerio vteretur. Cui quidquid subiectionis honoris & obedientiæ

Honor  
Pontifici  
ei exhibi  
tus in De  
um redū  
dat.  
1. Reg. 8.

tia defertur, non Pio Quarto, sed ipsi Christo defertur: contra verò, quisquis illum reijcit, non Pium Quartum, sed Christū reijcit, sicut ad Samuelē dixisse Dominum legimus, Non te reiecerūt, sed me, ne regnem super eos. Quamobrem si vobis non modò Papistā, verūm & Registam appellare me visum fuerit, non modò nō molestè tulero, verum etiam ingenti me honore affectū interpretabor: cū ad existimationē cuiusque cum primis amplū id sit & illustre, quam à Deo cōstitutæ potestati debet fidē & subiectionē eam perpetuò præstare. Contra nihil potest esse magis ignominiosum & infame, quàm ab ea fide & subiectione discedere: quod à vestris, Tigurini, factū esse scimus, & ante annos aliquot in Germania iā inde statim ab initio nascētis huius vestri Quinti Euangelij, & proximis superiorib. annis in Gallia. Quibus temporib. quotquot ignominiosum sibi fore putabāt, dici & esse Papistas, ijdem illi, neq; Cæsaristæ, neq; Registæ dici & esse voluerunt,

runt, sed sicut paulo ante Pontificis, sic suorum quoque Principum iugum non ita multo post excutere sunt conati, contra quos arma parricidialia tulerunt.

Ex quo satis liquere cuique potest, quod neque Catholicus, qui non est Papista: neque fidelis Regis sui subditus ceteri potest, quod non est Regista. Quod mihi quidem non esset difficile multorum priscorum patrum testimonijs comprobare. Sed cum hoc alibi copiosè factum sit, nunc vno vel altero contentus ero. Nouatum quod res alia fecit hæreticum, quod quod corruptam esse dicebat doctrinam in Papatu receptam, quod lapsis non esset venia deneganda. Quam certam ob causam à legitimo Pontifice Cornelio se per summum sacrilegium separauerat: cathedram contra cathedram constituerat: altare contra altare erexerat: quo nomine grauiter eum insectatur Cyprianus: & cum vnã esse doceat Ecclesiam, quod vna intus & foris esse non potest, ibi tandem Ecclesiam esse definit, vbi Papa Cornelius agnoscitur, qui Fabiano legitima ordinatione successit. Antonianum

Catholicus non est, qui non est Papista sed Sarnista.

Noui hereses vnde.

Cyprianus li. 4. Epist. 2.



quoq; fratrem laudat, quod cum Cornelio, hoc est (sic enim ipse loquitur Cyprianus) cum Catholica Ecclesia communicaret. Sic ille communicare cum Papa Cornelio, hoc est, esse Papistam interpretatur communicare cum Ecclesia Catholica, ut non alium nisi Papistam Catholicum intelligi velit. Nec secus Hieronymus, qui Damaso scribens: Beatitudini, inquit, tuę, id est Cathedre Petri communione cōsotior, super illam petram ædificatam Ecclesiam esse scio, quicumque extra hanc domum agnum comederit profanus est. Profanum Hieronymus pronūciat, & ab Ecclesia Dei alienum, qui cum Papa nō communicat. Ac paulò post ad eundem scribens, Nō noui, inquit, Vitalē, Meletium respuo, Paulinū ignoro, quicumq; tecum non colligit, spargit: qui Christi nō est, Antichristi est. Sic ille vir sanctissimus iuxta ac doctissimus, quicumq; cum successore piscatoris Papa non colligerēt, eos non ad Christum, sed ad Antichristum pertinere dicit: Sathanistas liberè

Hieronymus ad  
Damas.

pro-

pronunciat, quicumque non sunt Papi-  
 stæ. Quod apertius etiam scribit, in ea <sup>Idem.</sup>  
 quæ proximè sequitur Epistola: In tres  
 inquit, partes scissa Ecclesia ad se rape-  
 re me festinat. Ego interim clamito, Si  
 quis Cathedræ Petri iungitur meus est. <sup>Hæretici  
 etiam hæ-  
 rere se  
 Papæ si-  
 mulabāt</sup>  
 Meletius, Vitalis atq; Paulinus tibi hæ-  
 rere se dicunt, possem credere si hoc v-  
 nus assereret. Nunc aut duo mentiun-  
 tur aut omnes. Videtis Tigurini, quæ-  
 admodum olim etiam hæretici quomi-  
 nus hæretici iudicarentur, sed vt Catho-  
 lici censerentur, hætere se Papæ simula-  
 bant. Quòd persuasum haberent, non  
 esse Catholicum, qui nō esset Papista.  
 Itaque de Paulino deq; Apollinari scri-  
 bit in Historia sua Theodoretus, quòd  
 assererat vterque, se cum Damaso Pa-  
 pa sentire, quòd faciliùs morbum suum  
 tegere posset. Sic & Eutiches Leonis  
 Papæ sententiam secuturum se per om-  
 nia spondebat. Idem fecit Antemius,  
 sententia Synodi secundæ Constanti-  
 nopolitanæ damnatus. Possem hic aliū  
 Hieronymi locum producere, vbi De

metriadé hortatur, vt S. Innocétij, qui Apostolicæ Cathedrę successor est, fidé teneat, nec peregrinam doctrinam recipiat. Et aliũ, vbi sic loquitur: Si Romanam fidem amplectitur, ergo Catholicus sumus. Et alium Ambrosij: Percontatus est, inquit, ab Episcopo, vtrũmnã cum Episcopis Catholicis, hoc est, cum Romana Ecclesia conueniret. Possem & acclamatiónes in Synodis factas producere: Omnes ita credimus: Papa Leo sic credit. Possem & Imperatorum edicta proferre, vt cunãti subditi eam religionem retinerent, quam vertex Apostolorum Petrus initio tradidisset, ac tum Damasus Episcopus Romanus custodiret. Sed ne longior sim, vnum tantũ adferam Iustiniani locum: Licet, inquit, nobis dicere ac pronunciare, omnes eos qui habere Papam pro capite noluerint, nõ esse Dei Sacerdotes nec fideles seruos. Ex his discite Tigurini, quo loco sitis habendi, qui Papam, & receptam in Papatu doctrinam, adeo respicitis, vt vel maximĩ probri loco Catho-

Synodis  
actiõe 4.

tholicis obijciatis, quòd sint Papistæ.  
 Certè non alio censerì loco potestis,  
 quàm quo sunt ij, quorum hac vestra  
 censura de Trinitate dogma damnatis.  
 Scio quæ soletis obijcere. facitis enim  
 quod hæreticis omnibus esse commu-  
 ne scribit Augustinus, vt cùm non ha-  
 beant quod in causa suæ diuisionis de-  
 fendât, non nisi hominum crimina col-  
 ligere affectent, & ea ipsa plura falsissi-  
 mè iactent, plenisq; conuictorũ & con-  
 tumeliarũ velis in Pontifices inuehun-  
 tur, quo sic & eos, & eorum doctrinam  
 in odium, & contemptum apud omnes  
 adducant. Verùm alius erit hac de re  
 differendi locus.

Hæreti-  
 corum  
 propriũ  
 ex Augu-  
 stini Epi-  
 stol. 137.

Fortassis autem & hoc dicetis: Lon-  
 gè dissimilem esse rationem vestram, q̃  
 sit eorum, cum quibus dimicationem  
 hanc suscepistis. Nam vos nunquam id  
 asseruisse, quod ab istis asseritur, vni-  
 uersam doctrinam in Papatu corru-  
 ptam esse. Atqui nec istos hoc asserere  
 probatis, quandoquidem hanc eos  
 exceptionem addere scribitis, quod

Trinita-  
 rij ex Sa-  
 cramēta  
 rij pro-  
 dierunt,

relictam tamen esse confiteantur integram baptismi formulam. Vtinam autem plus aliquid vos relictum esse diceretis. Sed cum Calvinus (qui vester videri vult, etiamsi pluribus in rebus à vobis dissentit, nec de ipso Eucharistię Sacramento satis cum vestra doctrina convenit) ita de Papismo loquitur: Proverbi ministerio peruersa & mendacijs confata illic regnat institutio. In locum cœnæ Domini foedissimum sacrilegium subijt: Cultus Dei varia & non ferenda superstitionum congerie deformatus: Doctrina citra quam Christianus non constat tota sepulta & explosa: publici conuentus idolatrię, & impietatis scholę. Cedo Tigurini, cum talem nobis Papismum Calvinus describit, an is minus apertè dicit, Vniuersam doctrinam in Papatu corruptam fuisse, quàm isti de quorū impuro dogmate iudicium fertis, qui relictam tamen esse fatentur integram baptismi formulam. Vester autem hic doctrinam, citra quam Christianismus non constat, sepultam & explosam

Doctrina, citra quam Christianismus non constat, in Papatu sepulta & explosa esse, impietate asserit Calvinus in Institutione. cap. 8.

sam esse totam scribit. Itaq; nec baptis-  
 mi formulam nobis integrā relinquit,  
 citra quam certum est Christianismum  
 non constare. Iam ne vestris ipsi cerni-  
 tis oculis, fundamentum hoc, quod iu-  
 re merito oppugnatis in his, quorū cen-  
 sores agitis, nolo dicere primos, sed  
 priores tamen vos posuisse? Vestrum  
 enim est, & à vobis ad illos profectum.  
 Quo magis miror, vos in alijs reprehen-  
 dere, quod ipsi laudi vobis & glorię du-  
 citis, scilicet quod vobis licet, alijs lice-  
 re non vultis. Vos nobis hos Tigurini  
 peperistis, quorū iam blasphemias diu-  
 tius ferre non potestis. Ex vtero vestro  
 prodierunt, vestri sunt discipuli, vos eos  
 rū estis præceptores & magistri. Quid  
 mirum, si mali corui, mala nobis oua pe-  
 perere. Sed hic respondebitis. Nunquā  
 vos receptam in Papatu de adoranda  
 Trinitate doctrinā oppugnasse. Quan-  
 uis in secūda ad Polonos Epistola Cal-  
 uinus vester disertis verbis scripserit,  
 hanc precādi formulam, qua vtitur Ec-  
 clesia, Sancta Trinitas vnus Deus, sibi

Calvinus  
 Trinita-  
 rius.

non placere, quod barbariem sapiat: & obijcitur hoc illi ab aduersarijs vestris, deque eo glorientur quasi cum illis faciat. Damus tamen hoc vobis non inuiti: Sed cum tam audacter & impudenter asseueraretis, totam doctrinam, citra quam Christianismus non constat, in Papatu siue Papismo sepultam & explosam esse, cur non vobis crederent ij, qui iam in vestrum Euangelium, quod cum Christi pugnat Euangelio traslati, figmenta vestra pro diuinis haberet oraculis, cur non in eam quoq; opinionem venirent, veram de adoranda Trinitate doctrinam simul sepultam & explosam esse? Quos enim ita depinxeratis, quis huic vestrae picturae fidem aliquam haberet, quomodo posset animum inducere vt crederet, summum dogma salutis nostrae, non etiam apud eos tales fuisse corruptum? Quamobrem & exemplo & cohortatione vestra fecerunt isti, vt progredere tur longius, & in profundum hoc extremae barathrum impietatis ruerent.

Vide-

Videbant vos lōgius esse progressos, quàm dux & antesignanus vester, & omnium eorum, qui segregauerunt se ipsos hoc nostro seculo Martin<sup>o</sup> Lutherus. Nam ne fraudem eum egregia laude sua primus ille fuit, qui minimè ferè do fastu quodā ex magna parte doctrinā Papatus, hoc est, Ecclesiæ Catholicæ condēnauit, nō sine magno suæ factionis hominū applausu. Quāuis aut fuerit is proiecta quadā audacia, nunq̄ tamen eò progredi fuit ausus impietatis, vt negaret realē Christi corporis & sanguinis in Eucharistiæ Sacramēto præsentia. Cōtentus tantū erat docere, q̄ maneret ibi nihilominus panis: & in pane, sub pane, cum pane, esset ibi verū & substantiale Christi corpus. Nihil aut est eo verius, quod quidā dixit, ex huius seculi sapiētibus, Dato vno absurdo, sequūtur plura. Simul vt hæc verba protulit nostri tēporis hereticorū patriarcha, mox à vestris arrepta sunt, & statim vlteri<sup>o</sup> p̄cessistis, & qua nulla potest esse maior audacia atq; impudētia. Veritatē de veritate sui

An Lutherus fuerit Sacramentarius,

Lutherus Papatum condēnauit primus, sed non Christū.

Sacramentarij mēdacijs arguunt Christū.



fui corporis & sanguinis sub speciebus panis & vini dicentē, Hoc est corpus meū, hic est sanguis meus, arguere mendacij non dubitastis. Calvinus quidem gloriatur in quodā scripto suo, quod classis cum cecinerit Lutherus ad hæresim Sacramentariorum excitandam, cum quæ doctrina in Papatu, hoc est, in Ecclesia Catholica summo totius orbis Christiani consensu recepta est, naturā siue substantiam panis in carnem, vini verò in sanguinem cōverti, negaret. Boquinus verò vester Heidelbergēsis, si modò vester adhuc est, nam sicut doctrinam, sic & Magistros vestros mutare quotannis fere consueuistis, quod etiā à vicinis vestris Argentoratensibus factū iam est pro certo renunciatur. Hic itaq; Boquinus, nisi statuatur prius ἡ μεταβολὴ καὶ μεταποίησις τοῦ ἄρτου conuersio & transsubstantiatio panis, nulla ratiōe dici posse, pluribus verbis cōtendit, quod in coena verè & substantialiter sumatur verum Christi corpus, quod pro nobis in mortem tractum est, nō solūm quo ad virtutem, effici-

Caluin<sup>o</sup>  
contra  
Joachim<sup>um</sup>  
West-  
phalum.

Boquin<sup>o</sup>

Euange-  
lici mini-  
stros suos  
subin-  
de mu-  
tant.

caci-

caciam, potentiam, vigorem, vim, gratiam, spiritum siue meritum, sed etiam quo ad essentiam carnis, nec solùm fide, verù etiam ore corporis. Quamobrem simul vt conuersionem hanc negare cœpit Lutherus, ac in alijs plerisque doctrinam & ritus Papatus, hoc est, Ecclesiæ Catholicæ damnare, gloriatur Calvinus, eum rudimenta sectæ suæ posuisse, viamq; sibi commonstrasse. Sed interim eum esse præpostero quodam ingenio scribit, qui rectã ingressus viam simul ac demonstrator iter suũ reflexit, vltro progredi recusat. Progressi sunt igitur vltra primum Patriarcham, Tigurini, vester Zvinglius, deinde Calvinus & alij: cœperunt fieri (sic enim loquitur Calvinus) politiores & instructiores, & esse Christum in Eucharistia præsentem negauerunt. Longius etiam proruperunt Balthasar Pacimontanus, & qui secuti sunt eum Anabaptistæ cum Suenckfeldio, donec ventũ est ad Campanum & Seruetum, à Caluino flammis Geneuæ traditum, & ad horũ non

Calui-  
nus vbi  
suprà.

Pacimō-  
tanus.  
Suenck-  
feldius.  
Cāpan.  
Seruetus  
flammis  
à Calui-  
no exu-  
stus.

dis-

diffimiles ter infelices istos in Patria  
 mea Sanctissimæ Trinitatis blasphematores. Verisimile est quòd nihil minùs  
 initio cogitauerit Martinus Lutherus,  
 quàm vt huic vestro, Tigurini, Sathanismo  
 fenestrâ patefaceret, qui Christo dicen-  
 ti, Hoc est corpus meum, aduersari non du-  
 bitatis. Satis enim constat, sic eum heresim  
 hanc vestrâ fuisse detestatum, vt ea vel co-  
 gitari quicquâ impurius posse negarit:  
 Quâ tamen, ad ipsum authorẽ, pleriq;  
 vestrum referre conatur. Ac fateri qui-  
 dem necesse est, quod is, quamuis nihil  
 haberet quod reprehenderet, in doctri-  
 na de cõuersione siue trãssubstãtiatione,  
 solo tamen odio Papatus eam reie-  
 cit, vtcumq; permetteret nihilominus qui  
 vellet vtramq; opinionem tenere. Sed  
 cum vestrâ hanc heresim exortam vide-  
 ret, vide quãto illius exarserit odio. Sic  
 enim loquitur contra Patriarcham ve-  
 strum scribens: Litem mihi non pariet,  
 siue maneat ibi vinum, siue non, mihi fa-  
 tis est adesse sanguinem Christi, de vi-  
 no fiat sicut vult Deus. Et antequam  
 vellem

Luth. Sa-  
 cramẽta-  
 riorũ hæ-  
 resim de-  
 testaba-  
 mur.

Luthe-  
 rus cõtra  
 Carolsta-  
 dium.

vellem cū Suetmeris (hoc vobis nomē <sup>Tigurini</sup> Tigurini tribuit) merum habere vinū, <sup>Suetmeri</sup> mallem potiūs cum Papa merū sanguinem tenere. Quamlibet is implacabili Papatum, hoc est, Ecclesiam Catholicā odio prosequeretur, & eius doctrinam euersam cupiebat, vsq; eo tamen ei visum est abominabile vestrū de Eucharistia cōmentum, vt in Papatus doctrina, de conuersione panis in carnē Christi maluerit acquiescere, quā videri tam foedos errores vestros approbare voluisse, vel eis fenestram aperuisse. Ad eundem modū nihil magis cupiebat, quā eleuationem Eucharistiæ in Missa tollerē, ne videretur Orthodoxam sententiam in Papatu receptam, quod Missa sit sacrificiū, amplexus, cū certissimū sacrificij signum eleuatio fuerit. Quoniam verò videbat priores vestros eleuationem abrogasse, ne consentire vobiscū existimari posset, per multos annos ritum Ecclesiæ Catholicæ retinendum potiūs esse putauit, quē admodum ipse testatur in eo libro, quem contra Patri-

Eleuatio  
nē in de-  
spectum  
Sactamē  
tariōrū  
retinuit  
Luthe-  
rus ali-  
quādiū.  
Eleuatio  
sacrificij  
signum  
certissi-  
mum.

Patriarcham vestrum Zvinglium paulò ante mortem suam edidit. Fuit illius odium erga Papam & Papatum plus quàm Vatinianum, de quo ne moriès quidem quicquam remisit, quod etiam versiculus ille testatur, què in ore semper habuisse fertur:

Lutheri  
odium  
in Papa-  
tum.  
Lutheri  
ad Argé-  
toraten-  
ses scri-  
ptum, v-  
bi sibi Sa-  
cramen-  
tarios di-  
splicere  
dicit.

*Pestis eram uiuens moriens tua mors ero Papa.*

Tantam tamen vestræ doctrinæ, quæ Christi corporis in Eucharistia præsentiam negatis, foeditatem & impietate esse iudicauit, vt quò vos prorupistis, eò progredi non auderet. Quin audite quid ad Argentoratenses ea de re scripsit: Hoc diffiteri, inquit, nec possum, nec volo, quod si Carolstadius, aut alius quispiam ante quinquennium mihi persuadere potuisset, in Sacramento præter panem & vinum esse nihil, ille magno beneficio me sibi deuinctū reddidisset. Grauib. enim curis anxius in hac excutienda materia multum desudabam, omnib. neruis extensis, me obtricare & expedire conatus sum, cum probè perspiciebam in hac re cumprimis

mis me valde Papatui incommodare posse. Et post pauca: Verum, inquit, ego me captum video, nulla elabēdi via relicta. Textus enim Euāgelij nimium apertus est & potens, qui facilē conuelli non potest, multo minus verbis aut glossis è capite vertiginoso cōfictis subuertī. Tam ille doctrinā in Papatu receptam de reali præsētia Christi corporis in Eucharistia fundatam in scripturis esse p̄suasum habebat, vt secūs ea de re docere magis, q̄ quod verbis satis explicari posset, horrendū sacrilegium esse iudicaret: ac omni genere tormentorum excruciatum sc̄ centies mortem oppetere paratiorem fore scribit, quā vt in Zvvinglij vel in Carolstadij de hoc dogmate sententiam pedib. ire vellet. Neq; dubitauit Zvvinglianos & Sacramētarios omnes, qui Christi corpus & sanguinem in venerabili Eucharistię Sacramento negant, ore carnali sumi, hæreticos & alienos ab Ecclesia Dei pronunciare: quos etiā vocat Sathanæ ministros, mēdaces, imò mendaciū ipsum

Iudiciū  
Lutheri  
de Sacra  
mētarijs

fucum & simulationem, nec ullos cum ipsis tractatus haberi permittit : atque adeò nec audiri vult & suos, vt haud aliter ab eis, quàm à Sathanæ veneno sibi caueant diligenter hortatur. Philippus verò Melanchthon sceptro Magistratus eos non stylo refutandos censet.

Hoc, Tigurini, de Zvvinglio vestro, deque vobis ministris eius & sectatoribus, illius est iudiciũ, qui Princeps fuit earum seditionum ac tempestatũ, quas ita graues in Ecclesia videmus excitas, & cuius verbum tanquam Dei verbum à plurimis, in Germania præsertim, receptum est & adoratũ. Quamuis huius vestræ sectæ non Zvvinglium sed Carolstadium, primum auctore fuisse refert is, quem sub exitum vitæ suæ palàm ad vestra castra transfugisse Lutherani quiritantur, Philippus Melanthon. De quo talis aliquando fuit eius césura : Carolstadius, inq̃t, primus excitauit hunc tumultum, homo ferus sine ingenio, sine doctrina, sine sensu cõmuni, quem nullum vnquam humani-

tatis

Carol-  
stadius  
Sacramẽ  
tariõrũ  
auctõr.  
Philipp.  
Melãch  
ad Frede  
ricũ My-  
conium  
de Carol  
stadio iu-  
diciũ.

tatis officium aut intelligere, aut facere animaduertimus, tantum abest ut in eo manifestatio aliqua spiritus sancti animaduersa sit. Hunc nihilominus ducē secutus est ipse Melanchthō, itidem ut Zvinglius antea, Oecolampadius, Calvinus, & eiusdem farinae alij. Quemadmodum autem in odium & despectum Papę, omnia se dixisse, scripsisse, fecisse, non vno loco gloriatur Lutherus, sic de Carolstadio quoque narrat Philippus, quod odio Lutheri non aliqua pietatis opinione controuersia de cœna Domini primus mouerit. Accidit igitur Luthero, quod Christus aliquando dixit, Qua mēsurā mensi fueritis, eadē & remetietur vobis. Hic itaq; Carolstadius, Tigurini, non Zvinglius, primus auctor fuit hęceseos vestrę. Et quod nunc vos facitis de dogmate, quod in patria mea sparsere turbulenti quidam: idē de vestro quoq; fecit olim Luterus. Quāuis enim, q̄ fuit insignis hoīs audacia atq; amētia, Papatui, hoc est, Ecclesię Catholicę multos errores attribuerit, in

Lutheri  
in scribē  
do & di  
cendo  
proposi  
tum.  
Contro  
uersia de  
Cœna  
Domini  
qua intē  
tione à  
Carol  
stadio  
mota.  
Marc. 4:  
Lutheri  
cōsensus  
cum Pa  
patu, &  
cum Sa  
cramen  
tarijs dis  
sidium.



hoc tamē dogmate de Christi corporis in Eucharistia veritate, negat (vtar autē verbis eius) sanctam Ecclesiam Catholicam, quæ est sub Papatu quidquam erroris admisisse: Cū ea sentire se, doctrinam illius hac de re libenter amplecti, profiteretur. Illius etiam auctoritate, quam sanctam vocare non dubitat, vestrum hunc sacrilegum errorem oppugnat, nec se legisse turpiorē vnquam heresim scribit, quæ statim initio, tot inter se capita, tot sectas habuerit, etiamsi in principali causa, vtpote in persecuēdo Christū vnanimis existant. Hæc ille de vobis, qui primus ætate nostra doctrinā suā Dei verbū, & purū Christi vocauit Euāgelium, atq; vt esse tale cēseretur à multis, qñ & à vobis ipsis initio, auctoritate sua pfecit. Sed audite quæso quid idem alio loco scribat, quod ad causam de qua agitur propiūs pertinere videtur: Audio, inquit, & video rebaptizationem à quibusdā vsurpari ex eo fundamento, vt in despectum Papæ faciāt, tanquā hi qui nihil ab Antichristo habere

Luther<sup>o</sup>  
ad duos  
pleba-  
nos de  
Anaba-  
ptismo.

bere velint. Quemadmodum & Sacramentarij propterea merum panem & vinum habere volunt in despectum Papæ, arbitantes se hoc pacto rectè subuertere posse Papatum. Profectò friuolum est hoc argumentum, supra quod nihil boni ædificaturi sunt. Hoc enim pacto negare eos oporteret totā quoq; scripturam sacram & prædicandi officium, hoc enim totum nimirum à Papa habemus. Et nouam quoq; scripturam sacram nos facere oporteret, ne quid ab infidelibus haberemus Iudæis. Stultitia est hoc totum. Nam & Christus in gente Iudaica inuenit Pharisæorum & Scribarū abusus, non tamē propterea reiecit quod illi habuerūt & docuerunt. Nos autem fatemur sub Papatu plurimum esse boni Christiani, imò omne bonum Christianum, atq; etiam illinc ad nos deuenisse. Quippe fatemur in Papatu veram esse scripturam sacram, verum Baptismum, verum Sacramentum altaris, veras clauas ad remissionem peccatorum, verum prædicandi

Lutheri  
de Papatu  
iudicium.

38 CATHOLICA CENSURA  
candi officium, verum Catechismum,  
vt sunt Oratio Dominica, articuli fi-  
dei, Decem præcepta. Dico insuper,  
sub Papatu veram Christianitatem,  
imò verum nucleum Christianitatis esse  
se. Videtis Tigurini, quàm bellè cum  
Luthero vobis, vel potiùs vobiscum  
Luthero conueniat. Ex cuius hac Epi-  
stola, verba etiam nonnulla videmini  
mutuati. Quod sibi propositum ille  
fuisse non diffitetur alicubi, nimirum  
in odium & despectum Papæ, siue Pa-  
patus dicere, scribere, facere omnia,  
atque ideo doctrinam illius esse cor-  
ruptam asserere, vestrum quoque fuit  
idem propositum, idem fundamen-  
tum. Scitum autem est illud, Qui o-  
dit fratrem suum, in tenebris est, & in  
tenebris ambulat, quia tenebræ excæ-  
cauerunt eum. Quantò magis qui o-  
dit patrem suum, cui diuina lege subie-  
ctionem, reuerentiam, & obedientiã,  
debet omnẽ? Iis igitur excæcati tene-  
bris, & vos & Anabaptistæ, & princeps  
om-

1. Ioan. 2

omnium Lutherus cum suis, & quæcū-  
que postea fex est hæreticorum conse-  
cuta, persuadere populo cœpistis, in  
Papatu modò non vniuersam doctri-  
nam esse corruptam. Et hoc erat fun-  
damentum, quo maximè nitebami-  
ni: hoc erat rete quo plurimos attra-  
xistis. Nunc quod eidem fundamen-  
to nituntur discipuli vestri, crimen  
vobis minimè ferendum, & inex-  
piabile quoddam facinus esse vide-  
tur.

Sed nimis longè progressos eos esse  
dicitis. Damus hoc vobis: est enim ve-  
rius, quàm vellemus. Verùm interea  
num & vos longiùs progressi non e-  
stis, quàm is, quem primum vestræ do-  
ctrinæ rudimenta posuisse, viamque vo-  
bis commonstrasse gloriamini? Si ve-  
rum est quod scribitis, eum esse præpo-  
stero quodam ingenio, qui rectam in-  
gressus viam, simul ac demonstrator iter re-  
flexit, in eodè luto pedè obstinatè figat  
& vltra prægredi recuset: Cedo quod est

Trinita-  
rios plus  
vltra præ-  
cessisse  
temerè  
arguunt  
Sacramè  
tarij.

infeliciū istorum tam grande peccatum, si quod vos fecistis, Luthero vobis iter demonstrante, idem fecerunt ipsi quoq; cū essent facti politiores & instructiores, & esset eis via à vobis longior demonstrata. Secuti sunt consiliū vestrum, noluerunt in eodem luto pedem obstinatè figere, sed vltèrius aliquanto sunt progressi. Cur ita grauitè & acerbè reprehenditis in illis, quod eos ipsi vos, exemplo vestro facere docuistis? Quod vos laudi vobis & gloriæ ducitis, cur id in istis tanquam capitale crimē damnatis? Itane vestro præscripto, vestro cuncta geri vultis imperio? Bucerum quoque grauius aliquando Lutherus reprehenderat, quod longius processisset. Cuius, cū ille non paulò doctior, imperium ferre non potuisset, neq; cū Dei verbum & Euangelium subinde creparet, doctrinam illius omnem tanquam Dei verbum & Euangelium adorare vellet, in hæc verba prorupit: Si exigit, ne quis vlla in re à se dissentiat, probet se esse Deum.

Bucerus  
Lutheri  
imperium  
ferre nõ  
potuit.

Trinitariorum  
ad Sacramentarios  
Apostrophe.

Quæ-

Quæso vos, an eadem hæc verba, cōtra vos quoq; Tigurini, nō erit fas istis vsurpare? Num quo iure prohibere poteritis, quo minus in hunc modum vos cōpellare queant? O venerandi præceptores & magistri nostri, licuit vobis, quàm longè, quàmq; latè patet orbis Christianus, ab eo toto dissentire, eum idololatriæ reum facere, eum ignorati Christi, beneficiorum eius omniū obscuratorum, non accusare tātum, quod videri tolerabilius poterat, verum etiā inauditum condemnare: cumq; Lutherum hac in parte ducem secuti fuissetis, & is aliquam doctrinæ Papatus partē, nimirum de præsentia Christi corporis in Eucharistiæ Sacramento, non modò non reprehenderet, verum etiā retineret mordicus, ac summa vi tueretur, licuit vobis ab illius quoq; sententia discrepare, cū tamen omnis illius doctrina, multis in Germania locis, quin & à vobis initio non alio numero, q̄ quo purum Dei verbū haberetur: cur & nobis non liceat exemplū hoc vestrū

42 CATHOLICA CENSURA  
imitari? paulò progredi longiùs, & ab  
opinione vestra saltè in vno aliquo do-  
gmate dissentire? An & vos non estis  
equè homines vt nos? An solis vobis re-  
uelata sunt omnia, nec est quicquã quod  
vos fugere queat? An à vobis verbū dei  
processit, aut in vos solos peruenit? Pro-  
bate vos esse Deos, si vultis vt ne latum  
quidē vnguē à vestra sententia disceda-  
mus vnquàm, & quicquid à vobis dictū  
aut scriptū fuerit, haud aliter quã purum  
putum Dei verbū, contra quod mutire  
fas nō sit, amplectamur. Nōne vos do-  
cuistis nos, doctrinā citra quã Christia-  
nismus non constat, in Papismo totam  
explosam & sepultam esse? Nōne fuit  
& hoc inter alia vestrūm, sicut ante vos  
aliorum hæreticorū ferè omnium axio-  
ma? Nihil esse recipiendum præter scri-  
pturas? Quòd si nos à vobis docti, reij-  
cimus omnē doctrinam, quæ Christia-  
nismū sepelit & explodit, qualē esse Pa-  
patus doctrinam ipsi profitemini, & est  
inter illius capita præcipuū hoc de Tri-  
nitate: Si quod vos facere contra Papi-  
stas

Hæreti-  
corum  
axioma.

stas nunquam intermittitis, quærimus & à vobis & ab illis vbi reperiatur in scripturis, vel Trinitatis, vel personæ, vel essentiæ nomen, ac nisi fuerit ostensum iuxta normā à vobis propositā, & in alijs dogmatibus examinandis, contra Papistas obseruari solitā, recepturos nos esse negamus, per Deū immortalē vos obsecramus, quid alienū à præceptis & institutis vestris facimus? an hoc tanquàm atrox facinus in nobis vindicandū esse putatis, quòd nos dociles discipulos præbemus? quòd in eodem luto pedem obstinatè non figimus, verū à vobis mōniti, pergimus & procedimus ea via quam nobis commōstrastis. Certè laudem potiùs à vobis hoc nomine promeriti videbamus, quàm vt aliqua nos animaduersione propterea dignos iudicare debeatis. In hunc modum si vos isti vestri discipuli compellauerint, num estis habituri quod contradicere possitis?

Et certè vtitur ijsdem Argumētis cōtra vos apud Ochynum vestrum: idem  
Spiri-



Ochini  
de Sacra  
mētarijs  
iudiciū.  
Lib. 2. dia  
logorū.

Spiritus, quo vos estis afflati, dum pluri-  
bus verbis in quodam eius Dialogo cō-  
tendit, Ecclesiæ doctrinam de adorāda  
Trinitate non esse nefas in disceptatio-  
nem vocare, sic inter alia loquitur. Nō  
negabis expediuisse tēpore tuo disqui-  
ri, sit nec ne Christi corpus in pane, &  
sanguis in vino, quamuis & esse & ado-  
rari debere Cōcilia per errorem decre-  
uissent. Et quoniam in Trinitate usu ve-  
nire idem possit, expedit negotiū explo-  
rare. Verū ipsos iam potius dicentes  
audite, sic enim vos quidam ex illis al-  
loquitur: Hortor & obtestor vos per  
nomen Dei & eius filij Domini nostri  
Iesu Christi, dispicite diligētius ea, quę  
Dominus vobis nondum aperuit. Nō  
dederat oīa Luthero, plura dedit post-  
ea Zuinglio, & post eam alijs (fortassis  
Anabaptistas intelligit & Suenckfeldiū  
& Seruetum, & alios nō dissimiles) dat  
& nunc cui vult. De se proculdubidō lo-  
quitur, sibi quoq; plus aliquid q̄ Luthe-  
ro, vel Zuinglio, vel alijs datū esse per-  
suasum habet. Ac paucis interiectis: Ca-

ucte

uete, inquit, vobis à Gabaonitis, q̄ imponebant populo Dei laceris vestibus, mucido pane, &c. Sub nomine Dei nostri se venire dicebant, & impositū esse ab illis populo Dei, scriptura dicit, q̄ non consuleret os Iehouæ. Non imponent nobis Patres, Vetustas, Concilia. Vetusti enim sunt isti panni, quos vos primi lacerastis in alijs articulis fidei. Vnus sit magister noster Christus: Os Iehouæ consulendum, non hominum. Sunt etiam hic plæriq; Gabaonitæ, qui vobis imponunt, amicos se profitētur, & nihil interea optant, quàm vt populum ad Ægyptum reducant, varijs modis, & Cōfessione Augustana: quod vobis postea Dominus patefaciet.

Auditishæc Tigurini. Visi fuimus vobis aliquando Gabaonitæ, vetustis & laceris pānis induti, cū nouæ doctrinæ vestræ opposuissemus, Patres, vetustatem, Concilia. Monebatis populum, vt sibi caueret ab istis Gabaonitis: docuistis deponendum esse, quicquid armaturæ suppeditant Orthodoxi veteres,

Lutherus de libero & seruo arbitrio.

Theo-

Caluin'  
in Episto  
lā ad He-  
brzos.  
Cal. in  
1. Ioan.  
cap. 4.

Theologorum scholæ, Conciliorum & Pontificum autoritas, tot seculorum ac totius populi Christiani consensus: quod nihil sit recipiendum præter scripturas. Itaq; nihil morari quenquā debet: quid tanto cōsensu loquantur vetusti scriptores, quod antiquitas minimè debet impedire, quo minus liberè veritas à mēdacio discernatur. Hæc vos docuistis, statim vt nouum istud Euangelium vestrum in lucem proferre cœpistis. Ecce nunc & vos contra blasphemos istos differentes, facti estis illis Ga baonitæ. Ecce nūc illis iterum induisse videmini, simul & ab ipsis indui velle, vetustos pānos quos abieceratis, & alijs vt abijcerent authores fuistis: dum eis Patres, Concilia, Vetustatem opponitis. An autem isti non bellè vobis respondent? Vetusti sunt, aiunt, isti panni, quos vos primi lacerastis in alijs articulis fidei. Sic nos olim docebatis. Vnū nobis esse debere magistrū Christum. Os Iehouæ consulendum esse nō hominum, Nunc ab hac doctrina desciiuistis

uistis, & ad Gabaonitarum habitum reuersi, sub illo nobis imponere, populum ad Ægyptum reducere vultis.

Sed quid alio quoque loco dicat, audite. Nam initium atq; progressum huius Sathanismi, quod nunc, pro scelus nefarium, Euangelium à nonnullis vocatur, describens, his verbis vtitur.

A Trinitarijs progressus Sathanismi describitur

Cùm Lutherum Deus excitasset. Ecclesiam Antichristi per eum ita dirutam esse voluit, vt non à fundamentis inciperet: alioqui tam putrida domus, eum prius oppressisset sua ruina, sed eam à tecto aggressus (vt fit in diruendis veteribus ædificijs) vastare cœpit primùm indulgentias Antichristi, quibus negatur Christi satisfactio, & gratuita remissio peccatorum. Postea purgatorium aggressus ignem illū culinarem Papisticarum, frigida verbi dei penitens extinxit. Hinc inuocationem mortuorum, qui pro mediatore vnico, funditens abolito regnabant, pessum dedit, deinde peregrinationes, &c.

Lutherus à tecto Ecclesiam diruere cœpit.

Cùm

Cùm venit ad profundiora & fundamēto viciniora, vt ad Missam, Deus bone quàm furebat Sathan. Extirpauit tamē Missam, diu secum disceptās, & eius appendices retinens. Sed radices ex quibus repullulascere potuit, non euulsit stirpitus, præsentiam eius in pane, carnis eius vbiquitatem, ac manducationē quæ fit ore retinens. Hic iam hæsit Lutherus in doctrina de Sacramentis, nec Antichristum potuit funditùs extirpare: eius etiam Cæremonias Iudaicas & gentiles pro legitimis vsurpauit. Surrexit postea Zuinglius, qui tandem Missam, cum suo deo panaceo, & omnibus appendicibus eius radicitùs euulsit, ita vt nihil iã Antichristianismi in ea reliquerit, Sacramenta non includere in se Christum docuit, neque etiam Sacramētis gratiam Dei alligauit. In cælum nos ad Christum relegare Sacramenta & deducere, & ad mortē Christi sub Pilato peractam fortissimè asseruit. Vbi verò iam suo ordine ad fundamentum ventum est, quod illis prioribus athletic

Zuinglii  
parietes  
Ecclesie  
disiecit.

tis penitens repurgare ab Antichristi &  
 eius Sophistarum putridis commens  
 tis datum non fuit. Quantum Sathan  
 furit, & in quæ monstra se non vertit,  
 vt suum Deum ignotum, Prophetis,  
 Christo, Apostolis, Deum infinitum,  
 Deum essentiam, Deum trinum, & alijs  
 varijs, & monstrosis nominibus voca-  
 tū defendat? qui pro vno solo vero pa-  
 tre Domini nostri IESU CHRISTI, &  
 pro filio eius vnigenito Deo vero, ex  
 illo vero genito, tum vno spiritu san-  
 cto regnabat diu: Nobis verò quicunq; Trinitas  
sij funda  
mentum  
diruente  
 Christi ministri sumus, & membra eius  
 corporis, summa ope adnitendum est,  
 quò penitens hoc fundamentum ab An-  
 tichristi sordibus, & Dijs fictitijs repur-  
 gatum, tantum ex lapidibus verbi Dei  
 substruatur Ecclesiæ Dei: quo tandem  
 contra omnes inferorū portas, in neu-  
 tram partem inclinās, stare semper pos-  
 sit. Quoad enim aliquid putridum in  
 fundamento manserit, metuendum ne  
 putrefacto tandem fundamento, ædifi-  
 cium totū inclinet, & postea ruat: sicut  
 D factum

50 CATHOLICA CENSURA  
factum est in Papatu, & nunc à nouo  
Sabellio, & illi similibus, totam veritas  
tem patefactam euerfam Sathan curat.

Luthera-  
nismi p  
gressus  
Phil. 3.  
Haftenùs blasphemus iste. Deū ex-  
citasse dicit Lutherum: sed legitur in  
scripturis etiam Deus venter. Hunc si  
Deum intelligi vult, nã ille rem acu,  
quod aiunt, tetigit. Nam ab isto Deo,  
ventre, primam de indulgentijs velita-  
tionem excitatam fuisse, manifestum  
est omnibus. Successit postea Deus  
huius seculi, qui mentes excæcat infi-  
delium. Nam cùm hæc illi prima velita-  
tio non infeliciter cessisset, multosque  
post se discipulos abduxisset: elatus hoc  
rerum successu, sic est à deo huius secu-  
li excæcatus, vt de tremendo quoque  
Missæ sacrificio delendo cogitationem  
susciperet. Fatetur ipse, quod vltro se  
facturum obtulerit, vt & de indulgen-  
tijs taceret, & ordinem ac iurisdic-  
tionem Ecclesiasticam, non: modò nō op-  
pugnaret, verū etiam pro virili sua tue-  
retur ac defenderet, sed cùm non audi-  
retur ab Episcopis, nec alia conditione  
reci-

Luth in  
libello  
de Missa  
angulari

2. Cor. 4.

reciperetur, quàm si recantasset, pro-  
 uocatum se fuisse vt progrediretur vl-  
 terius. Quid, inquit, inde lucrati sunt?  
 Hic iacent indulgentiæ, & literæ simul  
 cum sigillis euanuerunt: Quid si pro-  
 pediem sic eueniet eis circa Ecclesia-  
 sticam potestatem, & circa sacrorum  
 ordinum cōsecrationem, &c. Ac dein-  
 de pergit multa contra Missam scribe-  
 re. Qua quidem in re Diabolo se præ-  
 ceptore ac magistro vsum, eumque sibi  
 fortiora contra Missam argumenta sup-  
 peditasse, quàm quæ refelli potuerint  
 adeò non obscurè fert, vt etiam gloria-  
 ri videatur. Palam vt omnib. esse que-  
 at, quòd non Deus & pater Domini  
 nostri IESV CHRISTI, verùm Deus  
 huius seculi mentem eius excæcauerit,  
 vt hucusque prolaberetur impietatis:  
 & futile sit hoc istius mēdaciū, quod  
 furebat Sathanas, cū ad Missam abo-  
 lendam aggrediretur. Nam adeò  
 non furebat, vt etiam tela suppedita-  
 ret, quod ipse fatetur Lutherus, qui-  
 bus eam expugnare posset: cū à

Lutherus  
 diabolo  
 pceptore  
 vsum.



nulla re æquè abhorreat, atq; à tremē-  
 do isto sacrificio, quod Christi passio-  
 nis & mortis est commemoratio : quā  
 ille ex omni hominum memoria dele-  
 tam, & sempiterna obliuione obrutam  
 cupit. Interea tamen verissimè descri-  
 buntur ab isto gradus, quibus eò per-  
 uentum est, vt Ecclesia Dei, quam vos  
 Papatum vocatis, funditùs apud quos-  
 dam euerteretur. Nam reuera Luthe-  
 rus, quemadmodum isti scribunt, te-  
 ctum diruit, parietes autem, & vicini-  
 ra fundamento membra vester Tiguri-  
 ni Zuinglius disiecit. Hi verò quibus  
 cum vobis nunc est negocium, cum in  
 eam opinionem venissent, vos tempori  
 seruiuisse, quod nondū satis vobis opor-  
 tunum videbatur, ad ea quæ iam eratis  
 meditati perficienda, quod vos inta-  
 ctum tamen adhuc reliqueratis, ipsi fun-  
 damento manus iniecerunt, atque ita  
 quæ per vos Ecclesiæ Dei vastatio fie-  
 ri coepta est, eam isti viri gloriosi ab-  
 soluerunt: ac ipsis etiam fidei nostræ  
 fundamentis, radicitùs extirpatis, cum  
 pului-

Trinita-  
 rij Eccle-  
 siæ fun-  
 damentū  
 diruerūt

puluisculo, quod aiunt, sustulerunt omnia, ne vestigium quidem vllum doctrinæ de Sanctissima Trinitate relinquere cupientes: Quam nondùm etiam vulgo notam, iam inde statim ab orbe condito, Sancti Patriarchæ & Prophetæ coluerunt: & nobis tot millibus annorum obscurius initio, deinde patefacta Euangelij luce clarius atque manifestius, colendam & adorandam quasi per manus tradiderunt.

Verissimè dictum est illud, Erat serpens callidior cunctis animantibus. Nihil cupiebat magis, nec alio collimabat, magis ab ipso statim exordio, quam vt summum hoc salutis nostræ dogma prorsus euerteret, & ex animis mortalium tolleret: nihil tamen initio minus præ se tulit, paulatim eò sibi perpendendum esse putauit: quod, quæ est ipsius astutia, facilè prospiciebat, fore, priùs vt opprimeretur ipse ruina, quam aliquod operæpretium fecisset. Quãobrem illius memor quod

Sathanã  
imitatus  
Luther<sup>o</sup>  
cum suis  
malefa-  
nis suc-  
cessorib.  
in euer-  
tenda Ec-  
clesia.  
Geno 2<sup>o</sup>

Ecccl. 19.

scriptum est: Qui modica spernit, paulatim decidit, ab alijs quibusdam, quæ modica videri poterāt, exordium sumpsit: Nimirum ab usu calicis, ab esu carniū diebus prohibitis, & alijs eiusdem generis, de quibus Ecclesiæ doctrinam & institutionem, non aliam ob causam reprehendit, quàm vt illius auctoritatem, in his quæ modica videbantur initiò spernere doceret, vt sic modica spernendo paulatim homines deciderent. Itaque calicem vsurpandum, carnes diebus ieiuniorum comedendas, vxores voto obstrictis ducendas docuit, non ob aliud, quàm in odium & despectum Papæ & Conciliorum ab eo legitimè congregatorum. Indè progressus est ad ea, quæ recensentur ab istis. Ac maiorem laborum suorū partem in tecto tantum demoliendo cōsumpsit. Porrò Zvvinglius ad ipsos parietes accessit, & eos disijcere conatus est, fundamentum non attigit. Ad quod euertendum, aggressi tandem sunt isti gloriosi milites, & sum-

mum

mum salutis nostrę dogma sustulerunt. Quod eis, via iã per alios munita, præstare non adeò difficile fuit. Totis enim quadraginta & amplius annis, nihil aliud mentibus hominum diligentius per suos ministros inculcandum & imprimendum Sathan curavit, quàm doctrinam in Papatu corruptam esse: nihil Conciliorum decretis, nihil prisorum patrum placitis tribui debere, solum illum audiendum esse, de quo lapsa de cælo voce dictum est: Hunc audite. Matt. 17. Præcipuè verò Pontificis auctoritatem omnem nō tam eleuare, quàm prosternere conatus est & conculcare: qua stante proficere se quicquam posse desperabat. In hunc igitur plenis conuiciorum & contumeliarum velis inuectus, exosum cunctis reddere nomē eius, & eum in ordinem cogere nitebatur, quo sic gubernatore sublato, sicut ille scripsit, atrocius atque violentius circa Ecclesię naufragia grassari Cypri. posset. Qui conatus, cū ei quibusdam in locis ex animi sui sententia cessisset,

fisset, tum verò primùm per Zvinglium, Oecolampadium, Calvinū, & eorum similes alios progredi cœpit longiùs, donec ad hos infelices vêtum est, qui fundamentum etiam ipsum dirutum cupiunt.

Diffidia  
hæretico  
rum in-  
ter se,

Quid erat à quo piorum omniū aures initiò magis adhorrerēt, quàm cum in Missam, & in Ecclesiæ Sacramenta tanta petulantia debacharetur Lutherus? sed hæ tandem in multis locis occalluerunt. Exortus est postea Carolstadius, cum suis discipulis, Zvinglio, Oecolampadio, Caluino, tum verò, nō modo Christiani, verùm & ipsi Lutherani, sacrilegum errorem vestrum sic execrabantur, vt haud aliter vos Tigurini, quàm viperam & basiliscum fugerent, atque modis omnibus à suis congressibus arcere conarentur, cum & aqua & igni vobis interdixissent. Sed vestris quoque blasphemijs postea multorum aures assueuerunt: & est hæresis hæc vestra, tam longè tamque latè propagata, propemodum vt iam extinctâ

Luthe

Lutheranam videre liceat. Qua de re non vno in loco gloriatur Caluinus. Quin & libellus quidam proximis superioribus annis in lucem prodijt, cuius hæc est inscriptio:

*Victoria ueritatis & ruina Papatus Saxonici.*

Papatus  
Saxoni-  
cus.

Sic Saxonicum quoq; Papatum iam esse deletū vester ille gloriatur, cū interea Papatus Romanus, ab ipso Christo fundatus & institutus, fixus & stabilis permaneat: vt sit omnis homo mendax, verax autem appareat ille, qui dixit, quòd portæ inferi non præualebūt aduersus eum. Et alio loco: Ego rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Ecce autem venêre nunc isti, qui sicut Lutherus Ecclesiæ Christi, vos autem & Ecclesiæ & Lutheri, sic ipsi vicissim & Ecclesiæ Christi & Lutheri, & vestrū Papatū, sublato fidei nostræ fundamento, subuertere conantur. Noluit Lutherus à Pontifice sibi præscribi, quousq; progrediendum foret in fidei dogmatibus. Vos autem nec à Papa, nec à Luthero legem vobis statui ferre potestis.

Matt. 16.

Luc. 22.

Ecce nunc exemplo vestro surrexerunt isti, qui nec à Papa, nec à Luthero, nec à vobis modum sibi poni, certisq; finibus, intra quos consistendū sit, circumscribi doctrinā suam patiuntur, sed velitis nolitis, memores illius prouerbij, quòd multi discipuli sint præstantiores magistris, ipsum etiam fundamentū petunt, & illud modis omnibus extirpatum cupiunt: vt sic à Luthero fieri coceptā, à vobis aut aliquousq; progressam, Ecclesiæ, quæ domus est Dei viui, vastationem, tandem aliquando perficiant.

Pro vno  
Papa  
multi  
nati  
sunt.

Fuit à Christo Papatus vnus institutus, per quem vnitas in Ecclesia retineretur: ad quē euertendum cum Lutherus vnā vobiscum, & cum alijs multis, eiusdē farine, conspirasset: videte quæso quorsum res ad extremū reciderit. Simul vt Christum, per legitimum Papā, cui peculiariter oues suas omnes pascēdas commendauit, loquentem & præcipientē audire desistis, & suaue Christi iugum per eum Ecclesiam suā gubernantis excussistis, quàm multi, & ij mīnūs

nus tolerabiles Papæ quàm Romanus, apud vos exorti sunt. Qui primus excutiendi iugi Pōtificij fuit auctor Martinus Luther<sup>us</sup>, an de eo magni Rabini vestri, Ioannes Caluinus & Ioannes à Lasco non queruntur, quòd nō sustulerit, sed potius ad se pertraxerit (sic enim ipse loquitur) Papæ Tyrannidem, quodq; pro ligneo Papæ iugo collo excusso ferreum ab illo impositum.

Sed libet aniles ea de re querimonias adscribere cuiusdam Lutheri discipuli: Ioannes is est Spangenbergius, qui non ita pridem libellum edidit lingua sua Germanica, cuius hec est inscriptio: *Barhaffteiger bericht von den wolthaten die Gott durch Martinum Luther sãligen fürnẽlich Deuschlandt erzeiget vñ von der schendlichẽ vndanckbarkeit für solche grosse gabẽ/2c. i.* Verax narratio beneficiorum per Doctorem Martinum Luherũ piæ memoriæ, præsertim Germaniæ diuinitus præstitorum, & detestadæ ingratitudeis erga eiusmodi ingentia beneficia & munera, &c. Accusat



cusat autem is in eo libello, non Christianos, quos vocat Papistas, verum illos ipsos accusat ingratitude, qui Lutheri verbum tãquam Christi verbum quadraginta his annis adorare coeperant, VVitebergenses potissimum, Lipsenses, & qui sunt sub Duce VVirtembergensi. Hos igitur grauiter accusat, quod acceptorũ à Luthero beneficiorum immemores, ausi fuerint in decem aut vndecim doctrinæ capitib. ab eius doctrina dissentire: quodq; ijs eum elogijs ornauerint: **Sie nennen ihn einen Philauticum, das ist / einen solchen menschen / der von niemandt dan von jm selbst allein viel gehalten habe / vnd dem nichts gefallen / dann was er selbst geredt vnd gethan.** Item einen Philonicum vnd Eristicum, **Eine solche hadermesse / der allezeit woll recht haben. Keinem menschen etwas gũts sein lassen / Niemand weichen wolle / Allein sein eigenehre sũche / vñ niemand neben jm leiden könne.** Item einen Doctorem Hyperbolicum, **Einen solchen Lehrer / der auß einer stoffe könne ein**

Ca:

VVitte-  
 bergēses  
 à Luthero  
 defecerunt.

Camel machen / der von tausenten sage /  
vnd kaum fünff meine. Ins feldt hinnein  
rede / Gott gebe es sey war oder nicht / Der  
zweymal mehꝛ sage / denn es am im selbst  
ist. Item sie nennen in Polypragmonis  
cum, der sich müthwilligklich in alle hēdel  
mit einmischet / sich mehꝛ außzurichten vn  
terwindet / denn jm befolhen / vnd aller sa  
chen anmasset / so in doch nicht angehen.

Item, Ostentatorem ingenij, den nur  
mit seinem hohē verstandt one not gepran  
get habe / vnd sich wollen sehen lassen.

Item Stoicum, Einen Stohꝛkopff / der  
nur seines sinnes gelebt / vnd andere in ty  
rannischer dienstbarkeyt gehalten habe.

Machen auch einen Somniatorem vnd  
traummer auß jm / vnd breuwens wurst /

Gott sey es geklagt ineinander / ꝛ. Vocāt  
illum, dicit ille, Philautū, hoc est eiuf  
modi hominem, qui non nisi de se vno  
præclarè senserit, sibi vni plurimum tri  
buerit: cuiq; nihil arriserit, præterquā  
quod ipse dixisset & fecisset. Appellant  
item Philonicum & Eristicum, id est,  
hominem vsque adeò rixosum, vt semper

Lutheri  
elogia  
atq; co  
gnomi  
na.

per

per suam tueatur sententiam, tãquam æquam nemini quidquam concedere, nulli cedere velit: suam duntaxat aucupetur gloriam, nec quẽquam præter se ferre sustineat. Itemq; Doctore Hyperbolicum, puta, qui ex culice possit efficere Camelum, qui mille iactitet, & vix quinque cogitet, effutiat quicquid in buccam venerit, floccipendens num verum vel falsum sit quod dicit: denique q̄ duplo plus asserat, quàm ipsa habeat rei veritas. Nuncupant etiam illum Polypragmonicũ, qui se procaciter & petulanter negocijs omnib. immisceat, qui plura sibi expedienda sumat, quàm ipsius poscat prouincia: rebusq; omnibus, quæ tamen nihil ad eum pertineant, sese ingerit. Tum quoq; ingenij ostentatorem eum nominant, quòd nõ nisi ingenij acumen, præter necessitatẽ ostentare seq; vendicare voluerit. Sed & Stoicum durum, capito, qui non nisi suo vixerit cerebro, atque alios Tyrannica continuerit & compresserit seruitute. Deniq; Somniatorem eum

vocant, & pro dolor, miserandum in modum coquunt & permiscunt, &cæ. Hacten<sup>o</sup> Spangebergius.  
 Nec aliter ea de re sentit Zvvinglius vester, tot ab eo confossus anathematibus. Quin & discipulus illius Melanthon se turpiter illi seruiuisse queritur.

De vestro verò, Tigurini, Papa Zvvinglio quid dicam? qui Lutheri fastum alio maiori fastu calcabat, ac minus etiam quàm ille tolerabilis fuisse videbatur, cùm nullum illius dictum celebretur magis quàm illud: Euangelium sitit sanguinem. Tartaream hanc esse vocem Poëta diceret. Verùm talis Euangelij, quod ex imo Tartaro profectum est, præconem non alia vox magis decebat. Neque verò dictis magis, quàm ipsis etiam factis Euangelium quod ipse prædicabat, sitire sanguinem demonstravit. Zvvinglij crudelidictum.  
 Statim enim, vt se Papam ipse vestrum constituit, cœpit Aere ciere viros Martemque accendere cantu. Quem quidem cantum, ille verbum  
 Dei

Dei Christi que vocabat Euangelium. Bellonā videres sanguineo flagello armatam. Illo ductore complerunt campos acies, cumq; futurum prædixisset, vt omnes eorum qui stabant ex aduerso bombardæ atque lanceæ, ac alia tormenta bellica, in propria ipsorum viscera conuerterentur, euenit illud quod est apud Poëtam: Primusque cadit Tolummius Augur. Cuius Euangeliū sanguinem sitiebat alienum, suum ipse sanguinem in acie prior vnā cum vita profudit. Et quā verum fuit Euangelium quod prædicabat, tam erat illius vera prædictio. Nec obscuro signo Deus tū declarauit, qui nam essent illi, qui suū defenderent Euangelium, cū paucis admodum, & eis inopia rerum omnium pressis, victoriam concessit, de suis & Euangelij sui hostibus: quos è numero militum & viribus, & armis, & rebus omnib. ad bellum gerendū necessarijs, multò fuisse cōstat instructiores: vt nō homines, verū ipse Deus pro suis fidelibus in aliquot illis prælijs pugnas-

se

Zvvin-  
glius in  
acie vitā  
fudit

se videretur. Nec enim humanis virib.  
illa victoria parta fuit, quæ propè nullæ  
fuerunt comparatæ cum tantis copijs:  
verùm dextera excelsi fecit virtutē hāc:

Qualis verò futurus erat ille Papa ve-  
ster tēporis, pgressu, si vita lōgior ei sup-  
peditasset, cuius initia tā fuēre violēta?

Sed iam ad alterum, qui & ipse pro  
Papa se gerit apud Allobrogos venia-  
mus, quem & vos quandoq; Papam ap-

Caluin<sup>s</sup>  
Papa.

pellare soletis. Ioannes Calvinus is est:  
An vobis Tigurini alijs ille tolerabilior

esse videtur? Certè quòd quidam vstu-  
latus ab illo Geneuæ fuerit, minimè vo-

Caluin<sup>s</sup>  
hæreti-  
cos igni  
coercen-  
dis do-  
cuit.

bis probatur: multò minùs illud, quod  
idem edito libro, hæreticos iure gladij

coercendos esse demonstrare conatus  
est: cui tamen multi Geneuenses mini-

stri subscripserunt. Qui verò nō subscri-  
psit ei libro Theodorus Beza, suum &

Theodo-  
rus Beza

ipse edidit eodem argumēto scriptum,  
de hæreticis à Magistratu puniendis,

quò sui magistri sententiā, pro virili sua  
tuere nititur. Non eū Solonē, sed Dra-

conē legislatorem esse dicitis, qui non  
E atra-

66 CATHOLICA CENSURA  
atramento, sed sanguine scribat leges.  
Ciuitatem in qua sumptum est de hæ-  
retico supplicium, nouam instauratæ  
Papisticæ crudelitatis officinam appel-  
latis.

Punien-  
di hære-  
tici.

Hæresi  
nullum  
crimen  
grauius.

Sed cùm hæc ita dicitis, uestram cau-  
sam agere uideamini. Quò minus mi-  
ramur, si in ea cognoscenda, minus se-  
ueros iudices habere cupitis. Nos ue-  
rò quòd plectantur hæretici non im-  
probamus, cùm nullum sit hæresi cri-  
men grauius, ita ut omnia alia in v-  
num cumulum congesta, quàm libet  
sint atrocita, tamen cum hoc vno col-  
lata, festuca sint, cùm trabe compara-  
ta. Quamobrem quod est vnum om-  
nium scelus grauiissimum, id gladio pu-  
niri, non improbamus: cùm nullum  
possit excogitari tam sæuum suppli-  
cium, ut huius tanti criminis atrocitas  
maius etiam non mereatur. Verissi-  
meque dictum est à vestro quodam:  
Summæ quidem esse crudelitatis in-  
nocentem & sanctum interficere:  
sed eiusdem ac maioris etiam esse cru-  
deli-

delitatis impium hæreticum non interficere. Sed interea tamen in eo libenter alij cuidam itidem ex vestris assentimur, quòd ab hæretico non potest ritè corrigi hæreticus, cùm correctionis opus non sit, nisi verorum Christianorum. Quamobrem si Papista (sic enim vobis quasi per contumeliam veros Christianos appellare libet) fecisset hoc, quod fecit Calvinus, laudaremus factum. Nam immedicabile vulnus ense rescindendum est, ne pars sincera trahatur. Sæuit in bonos, qui parcit malis. Meliùs est vt pereat vnus, quàm vnitas. Quod autem factum est ab hæretico, non probamus, cùm hæreticus in hæreticum animaduertēdi ius nullum habuerit. In quo tamen nō hoc maximè reprehēdimus, quòd ista seueritate sit vsus in hæreticum: multò magis illud, quod etiam Catholicos persecuendi sibi ius arrogare dicitur. Quid est enim quod minùs tolerari queat, quàm quòd pietas ab impietate persecutionē patiatur. Tum verò qualia sunt illa,



luini  
fastus in  
credibili-  
lis.

Caluino  
latræ.  
Bucerus.

Ochyn.

per Deum immortalem, quæ dicuntur  
& quæ scribuntur de illius intolerabili  
arrogantia, deq; fastu incredibili, deq;  
tanta insolentia, vt eam etiam illi dam-  
nent, qui sunt ipsi iuratissimi, nec ferre  
diutius possint? Cùm in Idolum quod-  
dam transformari, & sicut olim Titum  
Flaminius Græcia coluit, sic velit vt se  
quoq; colat Gallia victimis & sacrifi-  
cijs, vt quos Idololatrias eosdẽ & Calui  
nolatrias vocari liceat. Bucerus quidem  
hoc de illo iudicium fuisse fertur, quòd  
maledicentiæ morbo sit infectus, quem  
etiã in scriptis illius nemo est qui nõ vi-  
deat, quòd impiè audax, falsus accusa-  
tor, rabidus fraticida. Quæ res aut ade-  
git Ochynũ vestrũ, vt ita diligenter ad-  
moneret Principes & Magistratus, ne  
nouum Papatum surgere permittant,  
vtq; Dialogum quendam ederet, con-  
tra sectam terrenorũ Deorum siue Pa-  
parum vestrorum, qui suum verbũ tan-  
quam Dei verbum adorari volũt, quos  
futuros multò sceleratiores & crude-  
liores asserit, quàm vnquam fuerint Pa-

pæ Romani, nisi quòd intolerabilem esse Papatum Geneuēsem, fortassis autem & Tigurinum iudicauit.

Sed nobis non est propositum omnino recensere, quæ de hoc homine à viris fide dignis dicuntur, & scribuntur, cum aliò stylus noster festinet. Libet enim de Lutheri discipulis nonnulla dicere, si prius quod Caluini de illis iudicium fuerit, paucis iudicauero. Is enim in libello què inscripsit, Vltima admonitio ad Ioachimū Westphalū, cui nisi obtemperauerit, eo loco postea habendus erit, quo pertinaces hæreticos habere iubet Paulus. In genere scribēs de illis, sic esse dicit errore fascinosos, ut quod pueris in Catechismo traditur, veterani Theologi nō teneant: Quid valeat cœna, quorsum spectet, nunquam gustasse brutos istos homines, ne guttam quidē ingenui pudoris in eis esse: nimis largā illis copiam cauillādi profuere, dū Lutheri sui Hyperbolas projiciūt, modò plebeculam suosq; fratres culos fascinēt, popularis theatri plausu

Caluini  
de Luthe  
ro iudi-  
cium.

cōtētos, nec Dei, nec angelorū iudiciū magnoperè curare. Tribuit illis furiosū impetū, negatoriā leuitatē, cecā temulentiā, caninā improbitatē, diabolicā superbiā, q̄ eis superbia sit loco pietatis, q̄ eos ferocitas om̄i humanitate spoliauerit, q̄ obstinatio nihil moderaminis reliquū fecerit. Vocat eos vertiginosos homines, Cyclopes, superbā factionem Gygantū, latratores, phreneticos, bestias, p̄teruos, factiosos, pertinaces, & id genus alijs colorib. depingit. Queritur de illis, quòd se suosque indignos esse clamitent, quos terra sustineat, ita quòd nisi repentè exterminētur è mūdo, nō posse cum eis mitiùs agi, quàm vt ad Scythas, vel Indos ablegētur: accusare eos Principum segnitiam, quòd non exerto gladio protinus deleant Sacramentariorum memoriam.

Saxoni-  
cus Papa  
secūdus,  
Philip-  
pus Me-  
lanthō.

Nunc ad historiam de Lutheri discipulis accedamus. Quis autē Apelles eos depingere potuit meliùs. Cū enim illo mortuo, Saxonicus Papatus vacaret, Philippus Melanchthon eum sibi

ven-

vindicare visus est, cum quotquot fuerunt alij, qui doctrina cæteris præstarent Augustanæ Confessionis, eum ex magna parte Præceptorem omnes agnoscerent. Itaque iure suo se statuere quiduis posse iudicabat: nec habere necesse, vt in omnib. Lutheri placita tanquã Dei verbũ sequeretur. Cuius pleraq; dogmata manifestè condemnauit, & saniorẽ Papatus, hoc est, Ecclesię Catholicę sententiã est amplexus. In dogmate verò de Eucharistia Caluini sententiam cõprobasse videtur. Quid aut non fecere tum eius discipuli, & inter eos princeps Matthias Flaccus Illyricus, qui quod & in Adiaphora præceptor cõsensisset, & in quibusdam fidei dogmatibus Ecclesię Catholicę sententiam sequi maluisset, ac secuturo Papæ Philip-  
 tui (sicut ille scribit) fenestram aperuisset: ab illo diris deuotus est, vt pro Ethnico & Publicano haberetur, id est, vt nemo pius cum ipso, vel sectatoribus eius familiaritatem, conuersationem, amicitiam vllam haberet. Doluit

Philip-  
 pus ab  
 Illyrico  
 condem-  
 natus.

Philippus  
in præfa-  
tione in  
corpus  
doctrinæ  
suz.  
Mirabile  
genus  
hominū  
heretici.

hoc Philippo vehementer, quòd à suis  
discipulis ita tractaretur. Itaq; cū sua  
scripta quædam in vnum volumen col-  
legisset, quod Corpus doctrinæ Chri-  
stianæ vocavit: in illius voluminis præfa-  
tione, quā admonitionē inscripsit ad le-  
ctorē, facta Matthiæ Flacci Illyrici, & Ni-  
colai Galli mentione, sic de illis loqui-  
tur: Cum isto mirabilium hominū ge-  
nere agi nihil potest, qui suo arbitrio  
damnant quidlibet: neque personis au-  
ditis, neque rebus dijudicatis. Cogunt  
Concilia quando & vbi ipsis placet: &  
vendicant sibi maiorem magisq; into-  
lerabilem, ac minus excusabilem, aucto-  
ritatem ac potestatem, quā Papa Ro-  
manus vnquam. Quæ quorsum tādē  
euasura videantur, cogitetur. In præ-  
fatione verò quæ præcessit admonitio-  
nem hanc, In Anarchiam quandam e-  
uasisse dicit. Obsecro vos Tigurini, dili-  
genter vt expendatis hæc Philippi ver-  
ba. Mirabile genus hominum appellat,  
qui suo arbitrio dānant quidlibet, neq;  
personis auditis, neque rebus dijudica-  
tis.

tis. Atqui de hoc mirabilium hominū  
 genere, fuit præceptoreius Lutherus,  
 de hoc mirabilium hominum genere,  
 fuit ipse quoque Philippus, de hoc mi-  
 rabiliū hominum genere, fuerunt  
 Oecolampadius, Zuinglius, Calvinus,  
 & quotquot alij cuiuscunque tandem  
 sectæ doctrinam in Papatu corruptam  
 esse dicunt: damnarunt enim omnes  
 hi doctrinam Papatus, hoc est, orbis  
 totius Christiani, nec personis auditis,  
 nec rebus dijudicatis. Sed magis etiam  
 consideratione digna sunt, quæ sequū-  
 tur. Vendicant, inquit, sibi maiorem,  
 magisque intolerabilem, & minùs ex-  
 cusabilem, authoritatem ac potestatem,  
 quàm Papa Romanus vnquam. Quan-  
 ta est veritatis vis, vt etiam per hostium  
 veritatis iugula, velint nolint, nonnun-  
 quam erumpat. Duo fatetur hîc Philip-  
 pus. Vnum quod etiam si quòd Papæ  
 alicuius sit peccatum in abusu potesta-  
 tis, tolerabile tamen id sit & excusabi-  
 le. Nam quod à legitima potestate fit,  
 quam deus ipse constituit (qualem hîc

Papa ab  
 hereticis  
 danatus  
 iniquè.

Papæ de-  
 lecta tole-  
 randa &  
 excusabi-  
 lia Phi-  
 lippi sen-  
 tentia

Papæ potestatem agnoscere videtur) & excusari tamen potest & tolerari: etiamsi modum fortè prætergressa fuerit.

Alterum, quòd multò sit iugum durius istorum, qui se nunc pro Papis gerunt in Germania, quàm fuerit vllius vnquàm Papæ Romani. Nunquàm enim vllus Papa Romanus condēnavit quèquam non auditum, neque priùs illius causa cognita: quod istis vsitatum iam est facere, qui post excussum legitimi Papæ Romani iugum, maiorem quàm ille potestatem & authoritatè sibi vindicare sunt ausi. Deinde verò, quod vos dicitis Tigurini, quod Pontifices figmenta sua populo pro diuinis oraculis obtruserint, hoc multo rectiùs in vos retorqueri potest. Vos em̄ estis, qui vestrum verbum pro Dei verbo populo vendicatis, & non alio loco quàm quo Christi Euangelium ab illo haberi vultis. Itaque verissimum est quod Philippus vester dicit, Maiorem vos magisque intolerabilem, ac minus excusabilem potestatem vobis vsurpare, quàm

Paparū  
Germa-  
nicorum  
iugū du-  
rius quā  
Papæ  
Rom.

re, quàm Papa Romanus vnquàm.

Semper in Papatu docebatur discrimen inter ius diuinum, quod diuinitus promulgatur, & ius humanum, quod ex humana voluntate procedit. Inter

Discrimē inter ius diuinū & humanum.

legem diuinam, quæ æterna est fixa & immutabilis, qua solui nemo potest: & legem humanam, quæ pro eo vt locorum, personarum, temporum diuersitas postulat, quoties id charitas, cui subsunt omnes leges, expedire iudicauerit, vel omitti, vel intermitteri, vel mutari queat & aboleri. Modò ne pri-

Charitati omnes leges subsunt.

uata id quisque faciat sua libidine, sed eius qui legem condidit iudicio, penes quem est interpretandi, mitigandi, corrigendi, quin & mutandi atque abolendi potestas. Hac doctrina pleni sunt omnes libri Scholasticorum omnium: impudens vt sit commentum hoc vestrum, quod Pontifices signa sua populo pro diuinis oraculis obtruserunt. Sed audite Tigurini, quid Ochynus vester, dignus talibus magistris discipulus, de vobis scribat.

Ochyni testimonium de Tigurinis.

Nam



Euange-  
lici som-  
nia sua  
typis mā-  
dant.

Euang.  
aliter in-  
cerdum  
scribūt,  
q̄ cre-  
dunt.

Na cūm questus esset, non obseruari à vobis illud quod monet Paulus de iudicanda Prophetarum doctrina, Non ita nunc, inquit, fit, sicut Paulus monet. Nam quod minister vester esse iudicat, docetque, id censet alijs omnibus credendum esse, tanquàm caput fidei: quod si quis contrà dicit, neque illi citra vllam conditionem fidem adhibet, is hæreticus est: Denique quod noctu somniarunt, id chartis mandant, excudi que curant, suaq; scripta & verba pro oraculis haberi volunt. Neque est quòd speres eos vnquàm recantaturos, aut se Ecclesiæ subiecturos, volunt vt Ecclesia ipsorum, non ipsi Ecclesiæ arbitrio credant: id quod est nil aliud, quàm se quosdam Papas terrenosque Deos esse velle, & in hominum conscientias tyrannidem exercere, ac Dominos esse fidei eorum, qui sunt in Ecclesia, velleque vt ipsorum arbitratu credant contra Pauli sententiam. Quinimò docent, scribuntque interdum ministri, contra quam ipsimet credunt, vt cum

cum mundo consentiant, neque cum Christo infestentur.

Verùm ad institutum redeamus.

Quàm intolerabile visum fuerit Philip-  
po iugum Papparum istorum Flacci Il-  
lyrici, & Nicolai Galli, iam audiuitis  
Tigurini: Nunc vicissim audite, quod  
sit horum de suo Præceptore iudiciū.

Galli de  
Philippo  
iudiciū.

Libet autem verba Nicolai Galli, qua  
lingua fuerunt edita transcribere, ex li-  
bro qui inscribitur, Das die gründe Ni-  
colai Galli noch fest stehen wider der Adia-  
phoristē Acta vnd außzug. Hoc est, Quòd  
fundamenta quibus nititur Nicolaus  
Gallus contra Adiaphoristarum acta &  
effugia adhuc firma manent. So hab  
ich mein Ampt vnd befelth/ so woll als sie  
der warheit beyzustehē/ vnd zu straffen die  
wider sprecher/ sie sein gleich wer sie wollē/  
vnd wens ein Engel vom himel were. Ich  
achte auch noch darzu. Ich thue jnen fur  
Gott eben damit mehr ehre/ vnd guts/ da  
ich sie gleich straffe. Irer Irthumb erin-  
nere/ vnd zur busse ermane/ denn alle dies-  
selben jre heuchler vnd schmeichler/ so sie  
mit

mit irer heuchley in irhumb stercken/  
 vnd in vnbusfertigkeit auffhalten. Wey-  
 nen sie dann sie seynd solche Præceptores  
 das die discipel alles glauben müssen was  
 sie sagen/ Oder solche heilige die niu irren  
 können? So ist's nichts neues / auch bey  
 den heyden/ das Gott einem Discipel wol  
 eine warheit fur dem Præceptor verliehē  
 hat / vnd verleihen kan: der darauff von  
 dem Præceptor dissentiret. Daher der  
 spruch Amicus Plato, Amicus Socrates  
 magis amica veritas. Vnd haben vor  
 irnen grosse heiligen geirret vnd in irhumb  
 gefuret. So müssen sie Lutherum ja auch  
 noch ein Præceptor lassen sein. Vnd der  
 Præceptor aller Præceptoren Christū  
 von denen sie dann abgewichen sein/ wie  
 darauff oben vnser ganze disputation bes  
 ruhet / welchen Præceptor sie nun selbst  
 widerstehen / vnd recht vndanckbar seynd/  
 fur die offenbarte warheit. Gehen gleich  
 Iho dahin / verfuren vnd werden versu-  
 ret vnter dem titel der Præceptor / wie  
 die Jüden vnter dem titel des gesezes/  
 vnd die Papisten vnter dem titel der Kir-  
 chen.

chen. Diese schon ernste Collation sollen sie hiemit haben vom Doctor tenebat tantummodò / welcher also pflegt zu reden / vnd ist ein selige rede woll zu wissen / den Christen Iho zur warnung. Wie die Jüden spricht er schreien / Templum Domini, Templum Domini. Die Papisken bishero geschrien haben vnd noch schreien / ecclesia, Ecclesia, Also ebt schreie Iho vnser Magistri vnd Scholastici Vvitebergenses, vnd könne gleich im grunde nicht mehr / den Præceptores, Præceptores, des Præceptors Christi von dem Got zeuget / das ist mein Son den solt jr hören. Auch des Præceptors Lutheri / dem beyde die schrift vnd das werck zeugnis gibt / das Gott in zur Reformation der Lere vnd Kirchen / als den letzten Eliam dieser letzten zeit erwecket gehabt / deren Præceptorn sage ich nun darzu / wirdt Iho bey Papisken vnd Adiaphorjsten verossen.

Hierher gehört auch woll / das sie vns neue Päpste vñ Reformatores Ecclesie schelten / Ich meyne aber ja es treffe sie selbst,

selbst. Dann wie der Papsst zu Rhom sich anmasset er könne nicht irren/er sey Vniuersalis Episcopus toti<sup>9</sup> Ecclesix. Was er rede vnd seze/das muß geltē/ vnd seind eitel diuina oracula, daran niemād zweyfeldn/niemand darwider redē darff das daher/das er Petri stülerb ist oder sein will. Also thun warlich die von Wittenberg nicht anders/wollen Lutheri vnd seines geists gleich stülerben sein (welches geistes wie es angefangen) schierbalde so viel bey jnen bleiben solte/als Petri geist blieben ist zu Rom bey Papsst/ Cardinalē/ Bischoffen/ vnd jrem hauffen.

Galli de  
Philippo  
iudiciū.

Æquē, inquit Gallus, hoc est munus meum, æquē mihi in datum est vt illis, vt assistā veritati, & vt contradicentes arguam, sint quicunque tandem velint: etiamsi sit angelus de cælo. Imò persuasum habeo, quod eis hoc ipso, coram Deo, plus honoris & beneficij deferō, cū illos arguo, & errorum admotheo, atque vt pœnitentiam agant hortor, quā illi ipsi assentatores & adulatores omnes, qui suis adulatiōibus eos  
in er-

in erroribus confirmant, & in impoenitentia detinent. An existimant se tales esse Præceptores, vt discipuli credere omnia necesse habeant quæ ipsi dicunt, aut tales sanctos, vt non possint errare? Atqui non est hoc nouum, ne apud Ethnicos quidem, quòd præstitit hoc aliquando Deus, & præstare potest adhuc, vt citius discipulo quàm præceptori veritas patefiat: qua cognita non dubitet à Præceptore dissentire. Indenatum est illud: Amicus Plato, amicus Socrates, magis amica veritas. Et ante illos errarunt magni & sancti viri, & in errorem alios induxerunt. Deinde verò necesse est, vt Lutherum quoque finant adhuc esse Præceptorem, & Præceptorem omnium Præceptorum Christum: à quibus ipsi defecerunt, quemadmodum in hoc omnis nostra superior disputatio quiescit: quibus Præceptoribus ipsi se nunc opponunt, & verè sunt ingrati pro manifestata veritate. Pergunt interim, mittunt in errorem, errantes ipsi sub titulo Præceptorum,

F            sicut

sicut Iudæi sub titulo legis, & Papistæ sub titulo Ecclesiæ. Atque vt lepidam hanc & seriam collationem à Doctore tenebat, tātummodo accipiant, qui sic dicere solitus erat. Estque sanè salutaris oratio, quam operæ precium sit non ignorare modò Christianis, pro fida commonitione. Sicut Iudæi, inquit, clamabant, Templum Domini, Templum Domini: Et Papistæ hæctenus clamauerunt, & clamant adhuc, Ecclesia, Ecclesia: Ad eundem modum nūc clamāt nostri Magistri & Scholastici Vvitembergēses, & nihil aliud prorsus norunt, quàm Præceptores, Præceptores. Præceptoris Christi, de quo Dominus testificatur: Hic est filius meus, hūc audite: tum etiam Præceptoris Lutheri, cui & scripta & opera testimoniū dant, quòd Deus illum ad reformationē doctrinæ & Ecclesiæ, tanquàm vltimum Eliam nouissimis temporibus his exci-tauerit. Horum (inquam) Præceptorum, cū Papistæ tum Adiaphoristæ sunt obliti. Huc etiam illud pertinet, quod

quod nos novos Papas & reformatores Ecclesiæ criminantur. Sed certo persuasum habeo, quòd magis id in illos quadrat. Nam quemadmodum Pontifex Romanus sibi hoc arrogat, quòd non possit errare, quòd sit vniuersalis Episcopus totius Ecclesiæ, quòd quæcunque dicuntur & statuuntur ab illo, ea fixa & rata esse oporteat, ac sint mera diuina oracula: de quibus nemo dubitare, quibus nemo contradicere audeat: idque eò, quòd Petri Cathedræ ipse sit hæres aut esse velit: haud aliter profectò faciunt nunc Vvitembergenses, volunt Lutheri & Lutheri eius spiritus propter sedem hæredes spiritus esse, cuius tamen spiritus, quomodo nil reliquum Vvitembergæ. se nunc dant initia, tantum prope nunc penes illos residere videtur, quantum de Petri spiritu Romæ residet, apud Papam, Cardinales, Episcopos, & eorum gregem.

Quid vobis videtur Tigurini? num Illyricus discipulus hic Lutheri, magistri sui spiritu plenus non est? qui nullum etiam Lutheri Christum æquat.



scire discrimen videtur inter Christum & Lutherum. Sic vtrumq; coniungit, vt Lutherum ipsi Christo, si non anteferre, salté æquare videatur. Cùm tamé inter tenebras & lucé discrimen maius esse non possit. Quandoquidé, ex Diametro (quod aiūt) cum Christi doctrina pugnare, quæ docet Lutherus, perspicuū ei fit, quisquis vtrâq; contulerit. Quàm autē belle retorquet in Philippū Gallus, quod ille prior in ipsum, & collegas ipsius fuerat iaculatus.

Papæ iugo excusso, Germania facta est Babylon, Phil. 2.

Verùm & hoc an nō videtis Tigurini, post excussum Papæ iugum, eò rem esse perductam, vt dū illud quod è Paulo scriptū est, negligitur. In humilitate superiores sibi inuicem arbitrâtes, nec sibi quisquam alterum præferri patitur, quandam in Germania Babyloné ædificatam videre liceat? Nam qui primus in Germania sibi Papatum arrogauit, neque iudicium fieri de doctrina sua permisit, sed obsequiū tantum ab omnibus requisitum, an illi non idem vsu venit, quod quondam in Africa Donato?

Quid

Quid enim de Donato scribit Augustinus? Sicut, inquit, ille Christum diuidere conatus est, sic ipse à suis quotidiana concisione diuiditur. An hæc totidem verbis de Martino Luthero dici non possunt? Quin & de vestro Zvinglio. Primus Lutherus in Germania diuisit Christum, diuisit corpus eius Ecclesiam. Quid autem? an ipse quoque diuisus non est, An ipsius quoque sectam in multas sectas mirabiliter inter se dissectas, stupendum quendam in modum dissectam, oculis ipsi vestris non cernitis? Bona spes ut sit, quando quidem ita mordent & comedunt inuicem, breui futurum, ut consumantur ab inuicem. Sed quid futurum dicimus, quod factum iam esse quidam ex vestris triumphat. Cum tamen & inter vestros, non maiorem quam inter Lutheranos doctrinæ consensum videre liceat. Verum ita fieri necesse est, ubi legitimus Papatus nullus est: Tot ibi Papæ sint oportet, quot sunt hæreseon magistri. Queruntur ipsi de se mutuo Lutheri

August. 1.  
 De agone  
 Christiano,  
 cap. 298

Luthe.  
 Christum  
 diuidere  
 conatus,  
 ipse quo  
 que diui  
 sus est.

Papa le-  
 gitimo  
 reiecto,  
 multos  
 fieri o-  
 portet.

86 CATHOLICA CENSURA  
discipuli, quòd magistri sui doctrinam,  
quam DEI verbum & Euangelium  
vocant, corruerint. Quam apud se  
solos incorruptam retineri, qui sunt fas-  
ctionis Flaccianæ gloriantur. Cui ta-  
mē factioni, soli iam propemodum ad-  
herere videntur Magdeburgenses, cum  
paucis admodum alijs in Saxonia ciui-  
tatibus. Nam Vvitēbergenses, & Vvir-  
tembergenses, quin & Ienenses, & ali-  
os iam ab ea defecisse quiritantur: Et  
vbi sedes fuit Lutheri, non ferè quic-  
quam ibi reliquum sit de spiritu Luthe-  
ri: Quam etiam ob causam, quod pro-  
ximis superioribus annis fecerat An-  
dreas Osiander, vt moneret suos, ne li-  
beros Vvitembergam ad capiēdum in-  
genij cultum proficisci permetterent:  
quod ibi negare Christū, & in Philip-  
pi Melanchthonis verba iurare coge-  
rentur: idem & suos monet nunc Ti-  
lemānus Heshusius, in his libellis, quos  
hoc anno, posteaquam à Magdebur-  
gensibus pulsus est, edidit, ac Vvitem-  
bergēses vnà cum alijs eadem cum illis  
sen-

Lutheri  
spiritus  
sede sua  
pulsus.

Osiandri  
de Vvit-  
tember-  
gen. iu-  
diciū.

Heshusij  
de iisdē  
opinio.

sentientibus extra suam Ecclesiam esse pronunciat, & eorum communione suis omnibus interdicit. Quod idem facit vniuersa factio Flacciana, quòd eos defecisse dicat à Christi & à Lutheri doctrina. Sēper enim ferè duos istos coniungunt, & eodem vtrumque loco videntur habere. Sed hoc fortasse minus mirum videri poterat, quòd istos ex Ecclesia sua Tilemannus, cum sua factione Flacciana, propter corruptelas quasdam, vt ipse dicit, eiecerit. Illud autem quis est qui satis admirari queat, quòd ipsos quoque Magdeburgenses in Ecclesia sua non ferat, quos tamē veros esse Lutherolatrias constat, & qui Flaccianæ sectæ videri volūt: nihilominus eos à Deo & ab ipsius verbo defecisse clamat. Quod etiam hoc argumento probat. Sed libet illius verba adscribere. Sic enim loquitur in quodam libello, quem ita inscripsit:

**Antwort Doctor Tilemanni Heshusij auff der lügenprediger von Magdenburg vermeinte vnd vngegründte Apologia.**

Flaccij  
de iisdē  
sentētia.

Offenbar vnd der ganzen Stadt  
 Magdenburg ist's bewust. Das jr Tyr-  
 rannen/falsche Brüder/ vnnnd die es mit  
 euch halten/die Christen so jnen ewere ver-  
 folgung mißfallen lassen/vnd sich zu mir  
 vnd anderen trewen Lehrern bekennen/  
 mit ganz bitterem gemüch Flaccianer  
 scheltet/ vnnnd damit wollet von euch ab-  
 gesunderet haben. Ich dencke nicht das  
 ihr diß leugnen werdet. Vnd da ihr es  
 vnterstundet/wolte ich die ganze Stadt  
 Magdeburgk wider euch zum zeugen füh-  
 ren. Denn es nun mehr vom Rade-  
 hauß vnd aus der Schülen so weit kom-  
 men/ das auch die Knaben auff der gas-  
 sen/die Jungfrauen auff den hochzei-  
 ten einander fur Flaccianer schelten / vñ  
 sawer ansehē/ vnd steckte warlich das gan-  
 ze bekennnis in diesem wort / Denn wer  
 einen der im namen **CHRIST** ge-  
 taufft ist / fur einen Flaccianer schilt / der  
 will damit zuuerstehen geben / das ers  
 mit ihm in glaubens sachen nicht hal-  
 te/ vnnnd fur keinen Christen sonder fur  
 einen Sectierer / Kottengeist / Aberünni-  
 gen/

gen/der Flaccio Illyrico vnd nicht Iesu Christo seinem Heilande folge / denn was bedarffs des neuen namens / wenn sie mit vns / vnd wir mit jnen im Glauben vnd bekantnuß einig seindt / vnd vnter ein haupt I E S V C H R I S T O gehözen.

Quod Latinè sic reddi potest. Manifestum est & vniuersæ ciuitati Magdeburgen. notum, quòd vos Tigurini, falsi fratres, & qui vobiscum faciunt, Christianos, qui sibi vestram hanc persecutionem displicere non obscure ferunt, & se meam & aliorum fidelium doctorum doctrinam sequi profitentur, magna quadam animorū acerbitate Flaccianos vocatis: ac per hunc modum segregatos à vobis esse vultis. (Notet autem hic lector, quod qui secum faciunt, eos vocat Christianos: Illud absque dubio volens innuere, quòd qui sunt diuersæ factionis, Christiani nō sunt) Pergit deinde, non puto quòd hoc sitis inficias ituri, & si velletis, totam contra vos Magdeburgensium Ciuitatem in

Flaccianum  
nomen odio-  
sum.

testimonium producerem. Nam & ex prætorio, & ex Scholis, eò tandem res processit, quòd etiam pueri in plateis, & virgines quoties ad nuptias conueniunt, mutuò se Flaccianos increpant, & inuicem toruis oculis aspiciunt. Et reuera, tota fidei confessio in hoc vno verbo posita est. Nam qui alterum, qui in CHRISTI nomine baptizatus est, quasi probri loco Flaccianum appellat, quid aliud is indicare vult, quàm se in his quæ ad fidem pertinent cum eo minime consentire: & se eum non habere pro Christiano, verum pro sectario, pro seditioso, pro desertore, qui Flaccium Illyricum, & non Iesum Christum suum Seruatorem sequatur. Nam quid opus est nouo nomine, si ipsi nobiscum, & nos cum illis, idem in fidei confessione sentimus, & ad idem caput IESUM CHRISTVM pertinemus.

Vt autem rem lector melius intelligat. In simulauerat Heshusius Magdeburgensem Ciuitatem, quod à Deo &  
ab

ab ipsius verbo defecerit. Cùm autem ministri Ecclesiarũ Ciuitatis illius hoc constanter negarent, & in eadem fidei regula, quam præscripsit Flaccius, permanere se dicerent, suprascriptis rationibus, quod affirmauerat probare Tylemannus conatus est. Quæ quin pondus tamen aliquod habeant, negari nõ potest: Nam & Hieronymus ante multa secula scribens contra Luciferianos, verissimè dixit, sicubi audieris eos qui dicuntur Christi, non à Domino Iesu Christo, sed à quoquam alio nuncupari, vtputa Marcionitas, Valentinianos, Montenses, siue Campates (adderet, si nũc viueret Hieronymus, Lutheranos, Zvvinglianos, Calvinianos) scito nõ eccliam Christi, sed Antichristi esse Synagogam. Ex hoc enim ipso quòd postea instituti sunt, eos se esse iudicant, quos futuros Apostolus nunciauit. Nec sibi blandiantur, si de scripturarum capitulis videntur sibi affirmare, quod dicunt: cùm & Diabolus de scripturis aliqua sit locutus, & scripturæ

non

Qui  
Christia  
ni appel  
latione  
spreta a  
lias ap  
pellatio  
nes susci  
piunt, ex  
Antichri  
sti sunt  
Synago  
ga.

Non à  
Christo,  
sed ab a  
liquo a  
lio nun  
cupari,  
hæreti  
cum est.



Athana-  
sius con-  
tra Arria-  
nos Ora-  
tione 2.

Hæreti-  
corum  
denomi-  
nationes

non in legendo consistât, sed in intelli-  
gendo. Et ante Hieronymum Athana-  
sius plurib. id verbis docet: Nunquam,  
inquit, populus ab Episcopis suis, sed à  
Domino, in quem creditum fuit, no-  
men accepit. Certè à beatis Apostolis  
præceptoribus nostris, ministrisque E-  
uangelij Saluatoris nostri, appellatio-  
nes adepti non sumus, sed à Christo,  
Christiani & sumus & nuncupamur:  
Illi verò, qui aliunde originem suæ fi-  
dei deducunt, meritò auctorum suorū  
cognomēta, vt ad quos pertineant, præ  
se ferunt. Quapropter cū omnes à  
Christo, Christiani & essemus & dice-  
remur, explosus est Marcion, inuentor  
hærescos: reliqui autem qui cum ex-  
plosore Marcionis remansēre, Christia-  
ni titulum retinuerunt: qui verò secuti  
sunt Marcionem, non iam inde Chri-  
stiani, sed Marcionistæ appellati sunt.  
Ita quoque Valentinus, Basilides, Ma-  
nichæus, & Simon Magus sectatoribus  
sua vocabula impartierunt: inde que fa-  
ctum, vt alij Valentiniani, alij Basiliani,  
alij

alij Manichæi, alij Simoniani, alij Cathaphryges à Phrygia, alij à Nouato Nouatiani vocitati sunt. Ita Melitius eiecit<sup>o</sup> à Petro & Episcopo, & Martyre, suos, qui ipsum sequebantur, non Christianos postea, sed Melitianos denominauit. Eadem iterum ratione beato Alexandro Arium eijciente, ij qui Alexandro adhæserunt, remanserunt Christiani: illi verò, qui vnà cum Ario recesserunt, nomen Saluatoris nostri, Alexandro cū suis relinquentes, Arriani deinceps appellati sunt. Quinimò, ecce etiam nūc post mortem Alexandri, qui eiusdem communionis sunt cum Athanasio, Alexandri successore, & quibus ipse Athanasius communionem coniunctus est, omnes eundem pariter characterē habent, neq; ille suis nomē indit, aut à suis recipit, sed oēs, vt antea, consueto more Christiani nominantur. Nā quāuis magistri inuicē sibi succedant, nosq; illorū discipuli, ab illis acceperimus quæ sunt Christianæ fidei, nihil tamen inde obstaculi nascitur, quominus

ob

ob id & titulo, & re, Christiani appellamur. Contrà, qui hæreticos sequuntur, tametsi millies mille successores habeant, omnes tamen nomen eius, qui primus hæresim adinuenit, referunt.

Certè è vita exempto Ario, quum multi ex grege illo, eius vices successionèque susciperent, tamen omnes qui eiusdem cum eo sententiæ fuerunt, ex Ario notas suas insigniaque habentes, Ariani nuncupantur, quod re vera eximium & admirabile argumentum est. Nam qui etiam nunc ex gentilibus ommissa idolorum superstitione ad Ecclesiam veniunt, non Catechizantium, fideiq; rudimenta tradentium nomina, sed Saluatoris in se transferunt, & pro gentilibus Christiani incipiunt appellari. Qui verò ex eodem genere ad istos abeunt, aut ab Ecclesia ad hæresim trāsitum faciunt, nomen Christi derelinquunt, & Arianorū vocabulo induuntur, quasi qui non amplius fidē Christi retineant, sed Arianæ insanix gregales habentur. Quomodo igitur Christiani

ni fuerint, qui non Christiani, sed Arianitæ appellantur: aut quomodo de numero Ecclesiæ Catholicæ habeantur, qui Apostolicam fidem excusserunt, & nouarum pestium inuectores se præbent?

Optatus quoque grauitè eos reprehendit, qui de parte Donati se esse dicebant, quasi populū cum Christo diuiderent.

Quid, inquit, responsuri sunt in illo imminente diuino iudicio, qui in hoc seculo alio modo confessi sunt, non se esse de Ecclesia Christi, qui libenter professi sunt, se de parte fuisse donati, cum in Euangelio scriptū sit, Christo dicente:

Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram patre meo. Isti Donatum confessi sunt, non Christū.

Aliquid igitur dicere videtur Heshusius. Nā re vera non est aliud nomen sub cælo, quo censeri magis velle

debeamus, quàm quo superstitibus etiam ipsis Apostolis Antiochiæ primū, discipulos eorum vsos fuisse legimus, qui Christiani vocari gaudebant. Nullum esse potest nomen hoc vno gloriosius,

quod

Optatus  
lib. 39

Christi  
ni nomi-  
ne nihil  
glorio-  
sius.

quod qui respuit, certum est cum non ad Ecclesiam Christi, sed ad Antichristi pertinere Synagogam.

Euange-  
licorum  
nomen  
qui pri-  
mi arri-  
puerunt.

Atqui Tigurini, quoniam illi fuerunt, qui primi nomen hoc tamquam tritum & obsoletum reiecerunt? Nonne vos? qui simul ut à nobis, hoc est, ab Ecclesia Dei vos segregastis, Evangelicorum nomen usurpare, quam nobiscum unà Christiani vocari maluistis. Ante quin-  
quaginta hos annos quoniam alio quam Christianorum nomine censebatur omnes? quoniam alia magis quam hac appellatione gloriabatur? sed simul ut in lucem prodijt hoc vestrum Euangelium, Patribus nostris incognitum, & à quouis alio potius, quam ab auctore Christo profectum, ne quid nobiscum, hoc est, cum Christo, & cum Christianis, habere commune videremini, tam claro & illustri nomine spreto atque reiecto, nomen Evangelicorum vobis usurpare coepistis: Et cum aliud Euangelium Lutherus, aliud Zwinglius, aliud alij filij desertores prædicassent, ut quod

cu-

cuiusque foret Euangelium agnosci  
 posset (nam CHRISTI non esse con-  
 stabat, cum vos à Christo nomen du-  
 cere puderet) necesse fuit auctoris no-  
 men imponi: quò sic alij Lutherani vo-  
 carentur, alij Zvingliani, alij alijs alie-  
 nis à Christo nominibus appellaren-  
 tur: vt non valde mirum sit, si nunc  
 quoque Magdeburgi vocantur aliqui  
 Flacciani. Quòd autè inter ipsos quo-  
 que Flaccianos, quos ad paucos admo-  
 dum iam redactos esse scimus, videre  
 sectas nihilominus liceat: quòd inter se  
 tantis certent odijs, ac adeò toruis in-  
 uicem oculis aspiciant, cum eundem  
 auctorem & consummatorem fidei suæ  
 Flaccium profiteantur: id verò cum pri-  
 mis est stupendum. Sed ita fieri neces-  
 se est, vbi non agnoscitur vnus Papa.

Cum verissimè dictum sit ab Hieronymo,  
 Quòd salus Ecclesiæ pēdet à summi Sa-  
 cerdotis dignitate, cui si nō exors quæ-  
 dam & ab omnibus eminent detur po-  
 testas, tot in Ecclesia efficientur schis-  
 mata, quot Sacerdotes. Hanc tam sa-  
 lubrem

Salus Ec-  
 clesiæ ex  
 vnus  
 summi  
 sacerdo-  
 tis digni-  
 tate.  
 Hieron.  
 contra  
 Lucife-  
 rianos.

lubrem admonitionem, quoniam vos respuitis, ideo tot sunt apud vos orta schismata, quot ministri. Nam nolo dicere Sacerdotes, quos nullos habetis, quin & nomen ipsum horretis.

Verum videte queso Tigurini, quorsum res ad extremum reciderit. Excusso Papæ Romani iugo, dum in sua quisque ciuitate Papam agere vult, dum sicut Philippus loquitur, maiore & magis intolerabilem & minus excusabilem auctoritatem atque potestatem sibi vendicat, quam Papa Romanus vnquam: istorum quoque grauius quam quod tolerari posset iugum excutitur, ac sibi ciuilis Magistratus, reiectis istis, Pontificiam potestatem arrogat. Qua de re pleni sunt libri querimoniarum ab illis conscripti. Centuriatores inter alios, qui nouam quandam historiam Ecclesiasticam conscripserunt, in suis præfationibus, de hac ciuilis Magistratus audacia grauissimè queruntur: nec sine causa. Dicarunt enim quibusdam Germaniæ principibus. vnã è suis Ceturijis, & eis hoc elo-

Centuriatorum querela contra Magistratus Pontificiam sibi arrogantes.

elogium tribuerant, quòd sub eorū vmbra, vera domini nostri Iesu Christi doctrina sonuit, ac collecta est Ecclesia, quæ verè Deū coluit, & in vita æterna eum celebrabit. Ecce aut vix dum anni duo intercesserūt, cūm lōgè diuersam ab ea quæ expectabant sui laboris mercedē tulerunt. Iusserūt enim eos illi Principes ex suis terris faceffere, & alibi sedem sibi quærere. Ac quod maiorem etiam Centuriatoribus istis dolorem afferebat, eos ipsos in illorum locum postea suffecerunt, quos non ita multò antè libro etiam edito, tanquam hæreticos condemnauerant, & de suis ditionibus eiecerant. Sed iam ipsorum querimonias audiamus: Filij, inquit, huius seculi audacissimè formas religionum ex suo cerebro fundunt, & formulas præscribunt, quas ministris verbi DEI imperiosè obtrudunt. In eas enim angustias iam Ecclesia DEI pro nefas redigitur, dormitantibus pastoribus, passim etiam prodentibus, & spontè tradentibus suum ministerium

Centuriatores  
pulsis.



In Epi-  
stola de-  
dicato-  
ria, Cen.  
8.

politicis viris, vt nō rarò tumidi rabulæ  
quidam forenses, sese non intra septa  
sua rerum mundanarum continentes,  
alijsque res ad pastorum officia perti-  
nentes, nefariè & impiè ad se rapiât. Et  
planè sicut olim Pontificij proceres in  
Ecclesia sceleratè Regna huius mundi  
inuaserunt, ita nunc vicissim Politici  
illotis quasi manibus, in gubernatio-  
nem illam spiritalem, verorum mini-  
strorum verbi DEI, legitimeque suo  
officio fungentium irrumpunt, seque  
vtrouque gladio instar Antichristi ac-  
cingunt, cum nec vnum quidem suum  
rectè administrare norint. Ac in alia  
quadam præfatione, siue Epistola de-  
dicatoria: Cùm docuissent, nequa-  
quam esse licitum, aulas cum suis  
quibusdam Gnathonibus & ventri-  
seruis formas religionum conflare, eas-  
que Ecclesiæ citra omnem reluctatio-  
nem obijcere: neque synceros Docto-  
res verbi DEI, eiusmodi formulis re-  
ligionis aut edictis parère, sed potius  
voce & stylo contradicere debere,  
cùm

In Epi-  
stola de-  
dicato-  
ria, Cē. 7.

cùm distincta sint officia potestatis Politicae & Ecclesiasticae, & aliud sit sceptrum, aliud plectrum: Tandem in hæc verba prorumpunt: Antequam lux verbi diuini illucesceret in Germania, regnantibus tenebris Pontificijs & Monasticis, vnicus ille Romanus Præsul potestatem sibi sumebat, leges etiam Politicas, non modò reformandi, sed etiam delendi substitutis suis decretis & decretalibus, id quod superis atque inferis notum est. Quid verò nunc fit, pro vno Pontifice, innumeri <sup>Politici</sup> ex Politicis, eminentia locorum atque <sup>Pontifices.</sup> munerum suffultis atque elatis exiliunt, qui vicem alternantes, nunc à forensibus rebus ad Ecclesiasticas transcendunt, & non contenti suis metis, religionum formulas Ecclesijs cum scepro, gladijs & fulmine Iouis exhibent. Et vna vel altera pagina interiecta: Falcem, inquit, in alienam messem mittunt, & alienam functionem temerè inuadunt, sanctumque sanctorum intrant, quemadmodum Osias: qui cùm

sint politici Magistratus, aut ipsorum serui, tamen magno supercilio audent nouas religionum formas componere, easque Ecclesie ministris offerre, tali cum imperio: Ni applaudant sine contradictione, se suo sceptro illos expulsuros aut punituros: id quod etiam factitant absque omni misericordia.

Haecenus Centuriatores. Quibus tantò maior fides habenda est, quoniam experti loquuntur: cum eos non vno ex loco pulsos esse constet, Rostochio, Heidelberga, Iena, Magdeburgo: unde alij carbonario curru, Superintendentes autem honoris gratia, tecto tamen carpento noctu deportati sunt, multis armatis circumsepri. Sic accipiunt suos Papas Euangelicos, isti (sic enim eos vocare Centuriatoribus visum est) Politici Pontifices. Qua de re sic etiam alius quidam queritur: Posteaquam per sanctum Euangelium à Papæ tyrannide ac potestate liberati sunt, & asueuerunt omnes illius constitutiones reijcere, progrediuntur ulterius,

Centuriatores carbonario curru educati.

Hieron. Mæcelius in libro de pactis.

teriùs, & volunt prorsus eandem consuetudinem in alijs quoque rebus omnibus siue sint bonæ, siue malæ, retinere. Volunt esse liberi, nec à quocquam prohiberi, quò minùs arbitrato suo viuant. Haud aliter quàm si Euangelium esset talis doctrina, quæ concedat vnicuique potestatem faciendi quod illi placet, quæ nullum ordinem, nec vllam disciplinam ferre possit.

Euange-  
lij Euan-  
gelicorū  
effectus.

Quòd si quis eis resistere fuerit ausus, eò veniunt audaciæ, vt non solùm odia suscipiant erga suos prædicatores, & eos contumelijs afficiant, verumetiam pro virili sua tyrannide prosequantur. Ac si quem volunt ordinem prædicatores constituere, statim vim esse dicunt minimè Christianam, & nouationem quandam, & introductionem veteris Papatus, per quam prædicatores propriam suam potestatem & dominationem in commissum sibi gregem stabilirè velint. Qui si pergant executionem eorū vrgere quæ constituerunt, non solùm conuitijs afficiuntur, ve-

rumetiam ad extremum expelluntur. Neque verò proximis tantum his superiorib. annis hoc ita fieri coeptum est, cum in ipso nascentis Euangelij vestri exordio, de vestris quoq;, Tigurini, scripserit Erasmus Roterodamus: Quòd vester iste populus tam Euangelicus, subinde novos tumultus excitat, ac leuissimis de causis procurrit ad arma, ne suis quidem Ecclesiasticis satis obtemperans, nisi dicant bláda auribus: profligandi etiam si liberiùs in vitam eorum inuehantur, aut ab opinione dissentiant. Initio tantum non Deus erat illis Lutherus, Nunc ijsdem prorsus delirat, quod nouum de Eucharistia dogma non recipiat. Nouam verò libertatem Euangelicam, impunè facere, sentireque quod cuique libitum est. Hactenus Erasmus.

Erasmi  
iudiciũ  
de noua  
toribus  
istis: in  
Epistola  
contra  
Pseudo-  
euange-  
licos.

Pontifi-  
ces à Poli-  
ticis ma-  
gistrati-  
bus con-  
temni  
Euange-  
lici do-  
cuerunt:

Atqui libertatem hanc Cacangelicam potius quàm Euangelicam vos, istos, vos inquam istos, docuistis, quãdo vt excuterent Pontificum & Episcoporum iugum docuistis. Quod qua religio-

ligione per illos excussum, eadem & vestrum est reiectum. Nam qui potius vestrum ferrent, qui vobis honorē hūc sumpsistis ipsi, quā eorum quos legitimē vocatos, & ritē atque ordine minus illud constat esse consecutos? Vos licere vobis voluistis de doctrina totius orbis Christiani cōsensu recepta iudicare, & eum inauditum cōdemnare: qui minus ijdem de vestrūm alicuius doctrina, vel Magistratui, vel etiam feci populi facere licere debuit? Quid impedire potuit, quominus qua potestate Romanum Papatum, eadem & vestrum Saxonicum reijcerēt. Cū præsertim ab ipso statim nascentis Evangelij vestri exordio, priusquam ad Episcoporum dignitatem, opes, ac ditionem peruenissetis, eiusmodi specimē de vobis præberetis, vt quidā, qui non prorsus alienus à vobis esse iudicabatur, nō dubitaret dicere, quod se mallet in Episcoporum, quā in vestram potestātē tradere: quodque mallet potentissimi Cæsaris ferre iugum, quā quorūdam

sed ipsi-  
met do-  
ctrinæ  
sux fru-  
ctus eos-  
dem ex-  
periūtur

Eras. Ro-  
te. Vbi  
suprà.

Magistratum Euangelicorum, quamuis humili sorte. Sic, inquit, excutiunt iugum hominum, qui vestro Euangelio submitunt ceruicem. Magis vereor, ne pleriq; pro graui iugo hominum portent grauius iugum Diaboli. Hoc fuit de vestro, Tigurini, Papatu iudicium illius, qui bonam vitæ suæ partem traduxit inter vos, vt fatis perspectos & exploratos mores vestros habere potuerit: Accidit igitur quod est in puerbio? Malum consilium consultori pessimū. Quibus authores vestri fuerunt, vt Papæ & Episcoporum iugum suis ceruicibus excuterent, ij suum quoque iugum ab iisdem illis iam excussum esse vidēt.

Nouum  
Pōtificū  
genus.

Et ventum est ad nouum quoddam Pontificum genus, hæctenus orbi terrarum ignotum, ex quo tempore conditus is est: quos isti politicos Pontifices appellant. Qui iam non modò ferre non possunt, si qui se pro Papis gerūt in Ecclesijs eorum ditioni subiectis, in vitam eorum & mores liberius inuehuntur: verumetiam magno supercilio,

lio, nouas religionum formas componunt, & eas suis siue ministris, siue Superintendentibus obtrudunt, tali cum imperio, protinus vt è terris illorum facessant nisi applauserint, qui certè nunquam fuissent huc audaciæ atq; amētix progressi, nisi vos vt ita facerent auctores illis fuissetis.

Vos autem cùm dico, non solos vos intelligo, Tigurini, sed eos etiã omnes, qui vobiscum vnà legitimo Papatu Romano reiecto sibi ipsis Papatum arrogarunt, & Cathedram contra Cathedram constituerunt, cuiuscunque tandem ij sectæ sint. An cuiusdam ex vestris doctrina non est, quod nō ad Prelatos tantum, imò ne quidem vlla ex parte ad ipsos: quippe qui iam non sint Ecclesiæ membra, sed præcipuè ad pios principes, & ad eos, qui tam ex ministrorum Ecclesiæ numero, quàm ex reliquo hominum, qui doctrinã Christi agnoscunt coetu, in consiliũ adhibetur, pertineat de doctrina religiõis cognoscere & iudicare. Agnoscitis opinor ipsa

Brentius  
in Prolegomenis  
principibus &c.  
de doctrina  
religiõis  
iudicium  
tribuit.



ipsa vestri Symmistæ verba, qui pluribus etiam scripturæ locis, præfatum hoc suum confirmare nititur. Adfert illud: Attendite vobis à falsis Prophetis. Nōne qui oderunt te Domine, oderā. Nolite omni Spiritui credere, sed probate spiritus. Paulus & Silas ingrediuntur Berbeæ in Synagogam Iudæorum, & hi qui summo genere nati erant, receperunt sermonem, cum omni prōptitudine, quotidie scrutantes scripturas, an hæc ita se haberent. Et quem locum propius ad Principes spectare putat: Confiteantur tibi domine, omnes Reges terræ, quoniam audierūt verba oris tui. Et illud ex Euangelio: Omnis qui confitebitur me coram hominibus, cōfitebor & ego illum coram patre meo. Et rursus: Omittite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. His & alijs quibusdam non dissimilibus scripturæ locis, docet scilicet ad Principes propriè pertinere iudicium de doctrina religionis. Profert etiam exempla Iosaphat, Iosif, Dauid, Regum, quin & Imperatoris Theodosij,

Theodosij, quibus id maximè decere Principes probat. Quod verò in cōtrarium adferunt isti Centuriatores de Oſia, id cachinnis excipit, tanquàm nihil ad rem pertinens: Vrget etiam illud ex Deuteronomio: Si tibi voluerit perſuadere frater tuus clam dicens, Eamus & ſeruiamus Dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui, non acquieſcas tu nec audias, nec parcat ei oculus tuus vt miſerearis & occultes eum. Sed ſtatim interficies. Sit primùm manus tua ſuper eum, & poſt te omnis populus mittat manum. Qui iubet, ait, quemuis etiam priuatum hominem, in Eccleſia populi Dei tā ſeueriter animaduertere in ſuaſorem Idololatriæ, an non eadem ſeueritate exigit, vt de Idololatria iudicet, ac alienos Deos à vero Deo diligenter diſcernat?

Quòd ſi vera ſunt hæc (vos nunc alloquor Centuriatores, & qui parè vobiscum fortunã experti ſunt) falſò certè querimini, quod abſque omni miſericordia ſæuitum ſit in vos. Nam iuxta ſententiam

sententiam huius vestri Symmistæ statim interfici debuissetis: cum præsertim penes quos iste de Idololatria iudicium esse vult, ij tanti criminis huius vos reos esse pronunciarint. Neque enim propter aliud quàm propter hoc, quo nullum esse potest grauius Idololatriæ crimē, sceptro Magistratus è vestris Cathedralis pulsi estis. Nam cum illi fas non esse putarēt, omnia Lutheri placita pro diuinis oraculis haberi, sed suo iudicio nonnulla corrigendi, quin & à quibusdam discedendi potestatem aliquibus permitti vellent. Vos autem ita mordicus & scripta illius & facta vobis omnia tuenda suscepissetis, vt eū non alio loco ponere, quàm quo Christum ipsum videremini, dum vel vnguem latum, à quocunq; tandē illius placito, discedere, idem esse quod Christum negare, & ab illius Euāgelio deficere, cum ipsi vobis persuasum haberetis, tum alijs persuadere conaremini, magnis etiā ea de causā motibus excitatis: hanc illi vestrā tantam Idololatriā sibi minimè ferendā esse

Cēturiatores ppter idololatriā pulsi.

esse iudicauerunt, ac leuius hoc de vobis, q̄ pro criminis patrati gravitate supplicium sumpserunt. Quamobrem est potius, quod illis agatis gratias, qui de severitate legis, cōtra quam veneratis, tantum remiserunt, quàm quod actum esse vobiscum durius queritemini.

Verùm ad rem. Graue vobis videretur, quòd pro vno Pontifice innumeri profiliunt ex politicis, qui non cōtenti suis metis, religionum formulas ecclesijs cū sceptro, gladijs, & fulmine Iouis exhibent. Est id re vera grauius, quàm vt æquis auribus atque animis tolerari queat. Sed quæso, cui debemus hoc acceptum ferre, quod in hunc statum res perducta est? Nonne vobis? Vt rectè Comicum illud vsurpare possimus: Tute hoc intristi, tibi est omne hoc exedendum. Et quod vetus verbū habet: Cōpedes quas ipse fecit, ipsus vt gestet faber. Dirupistis vincula Papatus. An autē hæc multo duriora non sunt quibus nunc astringimini? Num simile quid in Papatu videre licet? Num eiusdem

Duriora  
vincula  
nouato-  
rū quàm  
Papæ.

in eo generis audiuntur querimoniarum?  
 Num stricto gladio petit aliquis eum qui  
 concionem habet in Ecclesia ad popu-  
 lum de superiore loco, quo sic eum de  
 Cathedra deturbet? Num his eum ver-  
 bis adoritur? *Du leugst/du leugst du  
 schelm/du bößwicht/du dieb.* Et iterum alio  
 loco & tempore, *Der alter schelm leugt  
 wie ein Bößwicht.* Sic scilicet, iuxta Pau-  
 li præceptum, duplici honore digni ha-  
 bentur apud vos Presbyteri, qui labo-  
 rant in verbo & doctrina. Verum tales  
 ministri, cuiusvis potius quam Dei, non  
 alijs præmijs & honoribus digni sunt.  
 Hæc Magdeburgi facta scribit Heshu-  
 sius. Quin & in alijs locis, ubi similiter  
 non Christi, sed vestrum prædicatur  
 Euangelium, eadem illa non raro usu  
 veniant dubium non est. Nihil in Papa-  
 tu tale, quin illud Paulinum diligenter  
 observatur, ut in templo præsertim,  
 quam domum suam, & domum oratio-  
 nis Deus appellat, omnia honestè &  
 secundum ordinem fiant. Habetur per-  
 sonarum, locorum, temporum ratio.

Non

*Euāgeli-  
 ci, cōcio-  
 natores  
 suos quo  
 modo  
 tractent.*

*In Papa-  
 tu omnia  
 honestè  
 fiunt.  
 Matt. 21.  
 1. Co. 14.*

Non licet oī pastorem suum iudicare,  
 nec eius doctrinam discutere. Sed cū  
 præclarè dictum sit ab Ioanne Chryso-  
 stomo: quòd vbi honoris est æqualitas,  
 aut omnes principatū gerunt, ibi nun-  
 quam poterit esse pax: quādoquidem,  
 sicut à Philone scriptum est, ista verbo-  
 tenus æqualitas, inæqualitatem rerum  
 parit. Nam æqualia in dignitate impa-  
 ribus tribuere, est inæqualitas. Inæqua-  
 litas autē fons malorum. Ad hunc ma-  
 lorum fontem obstruēdum, prouisum  
 est in Ecclesia, quem vos Papatum vo-  
 catis, vt non ex æquo possent omnes  
 omnia. Sed quod in humano corpore  
 fieri videmus, vt sit corpus quidem  
 vnum, sed intereā membra multa, non  
 eundem autem actum habeant omnia:  
 idem & in Christi corpore, quæ est Ec-  
 clesia cernere licet. Multi namque cor-  
 pus vnum sumus in Christo, singuli au-  
 tem alter alterius membra. Hæc verò  
 connexio, quemadmodum ab illo ter-  
 maximè Pontifice Leone scriptum est,  
 totius corporis vnanimi-  
 rit.

Chryf. In  
 Epistolā  
 ad Ephe-  
 sios, Ho-  
 mil. 20.

Philo  
 Lib. 2. de  
 Monar-  
 chia.

Cur Pa-  
 patus sic  
 institu-  
 tus.

Leo. Epi-  
 stola 84.

rit, sed præcipuè concordiam exigit Sacerdotum : quorum etsi dignitas non est communis, ordo tamen est generalis. Quoniam & inter beatissimos Apostolos, in similitudine honoris, fuit quædam discretio potestatis : Et cum electio par esset omnium, vni tamè datum est, vt cæteris præmineret. De qua forma, Episcoporum quoq; est orta distinctio, & magna dispositione prouisum est, ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouincijs singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia. Et rursus, quidam in maioribus vrbibus constituti, sollicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad vnâ Petri sedem, vniuersalis Ecclesiæ cura conflueret, & nihil vnquam à suo capite dissideret. Sic Papatum nostrum describit, Sanctus iste Pontifex : in quo qui non dissensionis, sed pacis & dilectionis Deus est, vt pax & vnitas reseruari posset, hanc rationem instituit, vt non modo discretus esset ordo Sacerdotum ab ordine laicorum, verùm inter ipsos etiam

Ordo salubriter in Ecclesia constitutus.

am Episcopos & Sacerdotes, quamuis ordo generalis, non tamen esset dignitas communis. Maior est enim Episcoporum quàm Sacerdotum dignitas. Inter Episcopos autem, honoris quidem est similitudo, verùm discretio potestatis. Nam cùm idem sit honor Episcopi qui Archiepiscopi, Primatis, Patriarchæ, Pape, nō tamen par est omnium potestas. Cùm enim alij sint in partem sollicitudinis vocati, penes vnum Romanum Pontificem est plenitudo potestatis. Nā si ex æquo possent omnes omnia, retineri vnitas non posset. Itaq; quod ad laicos attinet, quoniā in Christi corpore mystico pedum & manuum officium sortiti sunt: nullæ sunt eorum de rebus Ecclesiasticis iudicādi partes. Sed neq; sacerdotum, quamuis ij superiorem laicis in Ecclesia locum teneāt: Nisi quatenus eorum alicui fuerit hæc potestas ab Episcopo permissa. Nam Episcoporum officiū est propriū, quod ipsa quoque testatur Augustana Confessio, iudicare, cognoscere doctrinā, &

Episcoporum maior dignitas quam sacerdotum.

Episcoporum officium proprium.



doctrinam ab Euāgelio dissentientem reijcere: & impios, quorū nota est impietas, excludere à communione. Sic tamen vt Archiepiscopus de Episcopi, Primas de Archiepiscopi, Patriarcha de Primatis, Papa de omnium horum sententijs iudicādi potestatem habeat.

Oues pastores nō iudicēt.

Quamobrem ouibus de Sacerdotis siue Pastoris vel doctrina vel moribus iudicare fas non est: sed si quid in illo desideratur, Episcopi iudicium requiritur. Si verò in Episcopo, ad superiorem refertur. De causis verò maioribus, ad fidem pertinentibus, nō Episcopis, nec Archiepiscopis, nec Primatibus, nec Patriarchis, quicquam statuere fas est, etiam si in vnum locum cōgregati fuerint omnes: verum ad eum qui sedet in Petri Cathedra, Pontificem Romanum, ex ipsius institutione Christi, sicut scribit Anacletus, referre necesse est. Qui tamen & ipse, vel generale Concilium conuocat, si causæ grauitas id postulare videretur, vt quod omnes tāgit, ab omnibus approbetur: vel in consilium adhibet,

bet, quotquot in orbe Christiano reperiri possunt, viros doctrina præstantes: nec nisi rebus omnibus diligenter admodum excussis, quicquam in causa religionis discernit. Atque hæc est illa quam nos vocamus Ecclesiasticam Hierarchiam, ad instar cælestis illius fabricata, quam vobis per contemptum Papatû vocare visum est. Quam vos Hierarchiam posteaquam sustulistis, quem audaciæ atque amentix huius vestræ fructum tuleritis, iam videtis. Noluitis vt esset in Ecclesia cælestis illius exemplar aliquod, nunc illius imaginem cernitis, quæ est in inferno, malignantium Ecclesiæ. Nullus enim apud vos ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Et ventum est vobis ad istos, de quibus querimini, Politicos Pontifices, qui cum sceptro, gladijs, & fulmine Iouis, novas vobis quotannis ferè formulas religionis exhibent, quibus aut applaudendum est, aut in extremum discrimen veniendum. Inde vobis tot in Germania natæ sunt Confessiones,

Papatus  
Ecclesiastica  
Hierarchia.

quot Principes, quot Ciuitates. Vel sicut ille dixit, Tot fides, quot voluntates. Nunc enim illa tempora prope modum rediisse videntur: de quibus tam grauius olim quaestus est Hilarius, quod aut ita scribuntur fides ut volumus, aut ita ut volumus intelliguntur. Et cum secundum vnum Deum, & vnum Dominum, & vnum baptismum, fides etiam vna sit, excessum est ab vna fide quae sola est, & dum plures fiunt, ad id coeperunt esse ne vlla sit. Facile fuit ab vna fide, quam profiteretur Ecclesia Catholica, discedere: sed finem inuenire discessionis huius, hoc opus, hic labor est. Praeclaram quandam similitudinem adfert Ioannes Chrysostomus, quam ipsius, verbis adscribere libet. Anima, inquit, quae peccati gustum semel fecerit, tum quae nullius doloris aut poenitentiae stimulis tangitur, magnum certe auctarium morbo adijcere solet. Ac quem admodum vsu venit, ut scintilla ignis, si forte immensam materiam corripuerit,

Hilarius  
ad Con-  
stantium.

Nihil fa-  
cilis q̄  
discede-  
re ab Ec-  
clesia Ca-  
tholica:  
redire au-  
tem diffi-  
cillimū  
est.  
Chry. cō-  
tra gen-  
tiles.

rit, statim obuiam quamque exurat, nec antè tamen subsistat, quàm quod reliquum est id omne depascatur: quãtoque plura corripuerit flamma, tantò magis robur ad alia consumenda concipiat: fitque tum vt compræhensorum à flamma lignorum congeries, lignis ijs, quæ mox flamma compræhensura est, quasi insidias struat, flamma eadem sese semper lignorum compræhensorum auxilio, contra ea quæ intacta adhuc manent armante. Sic & peccati natura, vbi animi contagionem aliquam adorta est, nec quisquam est qui malum restinguat procedens vltèrius, grauior certè ac magis indomita efficitur. propterea sæpè fit, vt quæ posteriora sunt peccata, prioribus grauiora sint: anima semper posteriorum peccatorum accessione, ad maiorem contumaciam ac despicientiam se promouente, & per hæc ipsa suauis quidem vim eneruante, peccati autem robur alente. Quavtique ratione complures videas in omne peccatorum

In ora-  
tio. 3. de  
peccato,  
vna ex  
istis 24.  
quæ hoc  
anno Ve-  
netijs im-  
pressa  
sunt.

torum genus imprudentes prolapsos, quòd flammam initio exorientem non restinxerint. Ad eundem modum & Basilius: Peccatum dum æditur, aliquo pudore præditum est: sed vbi æditum fuerit, longè impudentiores efficit eos, qui illud patrant. Proinde quàm diu parua, & pauca peccata commitimus non aliter ac plantæ, quæ leui aura agitantur, leuiter quodammodo commouemur: vbi verò plura & maiora fuerint mala, secundum proportionem augmenti peccatorum, etiam commotio augeri solet: Et alij quidem magis commouentur, alij verò eatenus, quoàd radicibus euersi prosternantur: siquidem spirituales malitiæ, omni turbine violentiùs radices animæ, quibus per fidem in Deum fulcitur, abrumpunt.

Hæresis  
omnium  
peccato-  
rum ma-  
ximum.

Præclarè quidem iste peccati progressum describit. At inter omnia peccata, nullū est hæresi vel schismate grauius. Itaque sic in alijs, ita fit ac multò magis in hoc quoque peccato, vt idem

vt idem sit & peccatum, & causa peccati, & poena peccati. Sicut inflammatio domus vnius, est causa inflammationis alterius, ac si multam ignis materiam comprehenderit, maiores vires sumit, quàm vt incendium deleri possit. Est autem hereticum aut Schismaticum esse, non credere Sanctam Catholicam Ecclesiam: non idem sapere, quod sapit orbis Christianus vniuersus: plus priuato suo, quàm illius publico iudicio tribuere: per summum sacrilegium ab illa secessionem facere. Non est autem, quòd existimet quisquam, posteaquam coeperit aliquis non credere sanctam Ecclesiam Catholicam, hoc est, Papatus doctrinam reijcere, quòd eam omnem statim reijciat. Sicut nec ignis ita subito totam domum consumit. Verum vnus error gignit alium, & fit alterius causa, donec eò venitur ad extremum, vt excæcetur cor hominis. Ita præcedens culpa, fit causa subsequens. Et rursum, culpa subsequens, fit poena præcedentis. Quamobrem quod à Salomone

Hæresis  
& peccatum &  
causa &  
poena  
peccati.

Hæreticum esse  
quid.

Sic Papam  
heretici,  
vt Philosophi  
Deum exterminare  
volunt.

scriptum, capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, rectè vel Origenes, vel quisquis ille fuit auctor quatuor Homiliarum in Cantica Cantorum, de hæreticis intelligi vult, qui demoliuntur Ecclesiam, hos capi iubet, quamdiu paruæ sunt vulpes, dum initia pessimæ persuasionis habent. Nam si fortè creuerint & maiores fuerint vulpes effectæ, non ita facilè capi queant. Hoc est quod in Psalmo quoq; dicitur, Beatus qui tenebit & allidet paruulos Babylonis ad petram, hoc est, qui non permittit sensum Babylonium crescere: sed cùm est in initijs, allidit eum, & tenet ad petram. Tunc enim facilè perimitur. Docet hoc etiam Paulus, cùm semè erroris dicit fuisse in infidelibus, quod cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis. Hoc fuit semen erroris. Quid autem inde pullulauit? Obscuratum est, inquit, insipiens cor eorum. Ac paucis interiectis, Propter quod, inquit, tradidit illos Deus

in

Vulpes  
hæreti-  
cos signi-  
ficant.

Psal. 136.

Peccatū  
& causā  
& pœnā  
peccati  
esse Pau-  
li testi-  
monio  
ostendi-  
tur.  
Rom. 1.

in desideria cordis eorum, in immunditiam, &c. Et iterum, Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominia. Et iterum post pauca: Sicut non probauerunt habere Deum in notitia, tradidit illos Deus in reprobrum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt. Quia cognoscentes Deum, inquit Gregorius, peccatum superbia intelligendo commiserunt, cæcantur etiã, ne intelligant quod committunt. Et qui intelligentiã suam sequi volunt in peccato, & causa peccati, & ipsum lumen intelligentiæ, perdunt in peccato, & pœna peccati: Prioris ergo peccati merito, peccatorũ subsequetium fouea tegitur, vt qui malum sciens perpetrat, deinceps iustè in alijs etiam nesciens cadat. Hoc quippe agitur, vt culpæ culpis feriantur, quatenus supplicia fiant peccatium ipsos incrementa vitiorum. Nam quia Omnipotens Deus ad pœnitentiam tempus indulget, quod tamen humana malitia ad vsum suæ iniquitatis intorquet, nimirum iusto Dei iudicio augeri culpa per-

Libr. 25<sup>o</sup>  
moralium  
cap. 1. 12.  
& 13.

Culpæ  
culpis fe  
riuntur.

Cur pec  
catum,  
peccati  
pœna  
fiat.



1. The. 2.  
 Apoc. 22  
 Psal. 68.

Psal. 77.  
 Viam fecit  
 semitam iræ  
 suæ, explicatur.

permittitur, vt ad feriendū altiùs quā  
 doque cumuletur. Hinc enim rursus  
 de quibusdam Apostolus dicit, vt im-  
 pleant peccata sua semper. Hinc voce  
 Angelica Ioanni dicitur: Qui nocet,  
 noceat adhuc: & qui in sordibus est, sor-  
 descat adhuc. Hinc Dauid ait, Appone  
 iniquitatem super iniquitatem eorum,  
 vt non intrent in iustitiam tuam. Hinc  
 rursus de Domino ab eodem Psalmi-  
 sta dicitur: Immissiões per angelos ma-  
 los, viam fecit semitam iræ suæ. Cor qui-  
 pe Dominus prioribus meritis aggra-  
 uatū, iustè permittit etiam subsequen-  
 tibus malignorum spirituum persuasio-  
 nibus falli, quod cum dignè in culpa  
 trahitur, reatus eius in pœna cumula-  
 tur. Vnde & iræ suæ Dominus viam de  
 semita fecisse perhibetur. Latior enim  
 est via, quàm semita. Ex semita verò iræ  
 suæ viam facere, est iræ causas districtè  
 iudicando dilatare: vt qui illuminati  
 agere rectè noluerunt, iustè cæcati ad-  
 huc faciant, vnde amplius puniri me-  
 reantur.

Libet

Libet autem id exemplo quodam ex  
 Dorothæo sumptò planum facere. Hor  
 tatur is ad humilitatē cordis & mode-  
 stiam fratres suos, ac docet: Quando  
 quis fratrem suum contemnit ac nihi-  
 li facit, ac nomen illius attenuat, seque  
 illo præstantiorem iactat, nisi actutum  
 resipiscat, ipsum eò plabi, vt aduersus  
 Deum insolescat. Frater, inquit, qui-  
 dā fuit, qui, cūm aliquid boni de fratre  
 quopiam quisquam deprædicaret, sta-  
 tim respuebat eum, dicens: Quis est il-  
 le? Non est qui momenti sit alicuius,  
 nisi Zosimas, & qui cum eo sunt. Pòst  
 cœpit & hunc contēnere, ac nihil pen-  
 dere, dicens: Nemo est qui quidquam  
 valeat, præter Diuū Macarium. Et non  
 multò pòst ait, Quid est Macarius? Nul-  
 lus quidquam est, præter Basilium &  
 Gregorium. Atque etiam paulò pòst,  
 cœpit & hos teruncij facere, dicens:  
 Quid est Basilus? Quid est Gregorius?  
 Nemo quidquam valet, nisi Petrus &  
 Paulus. Cui ego dixi, Certè frater &  
 hos etiam contemnes. Credite mihi,  
 non

Doro-  
thæus  
Sermos  
ne 2.

Proximi  
contem-  
ptū Deo  
cōtumia-  
cem red-  
dere, ex-  
emplo  
in signi-  
ostendi-  
tur.

126 CATHOLICA CENSURA  
non mentior, non multò post dicere  
occepit. Quid est Petrus? Quid est Pau-  
lus? Nemo est alicuius momēti, nisi san-  
cta Trinitas. Postmodum verò & con-  
tra DEUM ipsum superbire cœpit, & in-  
solescere. Deniq; ad eum modum de-  
lapsus est in perditionis & impietatis  
barathrum. Videtis Tigurini, cùm iste  
contemnere cæteros fratres cœpisset,  
ac solùm Zosimam in aliquo precio ta-  
mē haberet, quomodo fecit Dominus  
ex hac semita, viam irę suę magis indies  
atque magis latam, donec ad perditio-  
nis & impietatis barathrū delapsus est.  
Ad eundem modū semita fuit irę Dei,  
cùm Lutherus omnem indulgentiarū,  
etiam rectum, & pium vsum initio da-  
mnâisset: Quo tempore, non alios fere  
quàm sui seculi Doctores contemne-  
bat. Ex hac semita facta est postea via,  
cùm Scholasticos Doctores omnes pi-  
li nō fecit, & 400. totis annis ignotum  
fuisse Christum orbi Christiano vulgo  
persuadere conatus est. Hęc via latior  
est facta, cùm ab ipsis Gregorij tempo-  
ribus,

Lutheri  
leuis ad  
summā  
impieta-  
tem pro-  
gressio.

ribus, Idololatriã in Ecclesia dei versatam, & ignorata fuisse Christi beneficia mille totis annis, docuit. Inde progressus est, vt sacrificium & Sacerdotiũ abrogare, Sacramentorum etiam numero dignitatiq̃ue detrahere conaretur.

Et fuerunt hæ, sicut scriptura dicit: Immissiones per angelos malos. Nam factetur hoc ipse, quòd angelus malus diabolus, immiserit in cor eius, vt contra Missæ sacrificium & sacerdotium scriberet, ac illud abolere pro virili suaniteretur. Hęc via quam primus muniuit

Luther<sup>us</sup>  
de Missa  
angulari  
diabolo  
se præceptore  
vulsum fate  
tur.

Lutherus, multò latior est facta, per vestrum Zvvinglium & Caluinum, quando Christi corporis præsentiam in Eucharistia negauerunt, donec vêtum est ad sanctam trinitatẽ, vix iam vt quidq̃, quod ad illius latitudinẽ addi queat, superesse videatur, quin potius ad locum iam destinatum peruenisse videntur.

Iratum  
Deum  
& sui ex-  
cæcatio-  
nem ha-  
bent Sa-  
cramen-  
tarij.

Et est reuerà, quæ semita fuit initio, facta nũc iræ Dei via. Nam iratus Deus vestram à Papatu, hoc est, ab Ecclesia sua secessionem, hoc modo puniendam esse

**Esai. 64.** esse putavit. Sicut etiam apud Prophe-  
 tam legimus, Ecce, tu iratus es, & nos  
 peccauimus, propterea errauimus, &  
 facti sumus sicut immūdi omnes. Non  
 quia tu iratus es, nos peccauimus, sed  
**Esai. 63.** quia nos peccauimus, tu iratus es: pro-  
 pterea errauimus, & reliquimus rectā  
 viam. Peccāstis Tigurini, quando pri-  
 mūm à Papatu defecistis. Ecce, quomo-  
 do vos errare fecit Dominus de vijs  
 suis. Indurauit cor vestrum, ne timere-  
 tis eum. Non quòd horum errorū ve-  
 strorum, auctor, & impulsor fuerit (si-  
 cut impiè docet Calvinus, cuius vos li-  
 bros, quòd propterea Vulcano corri-  
 gendos tradidistis, factum hoc vestrum  
 prædicatur ab omnibus.) Sed quòd  
 cum contempsissetis diuitias bonita-  
 tis, & patientiæ, & longanimitatis eius,  
 nec vos hæc ipsius benignitas ad pœni-  
 tentiam, & resipiscētiam adducere po-  
 tuisset, desertus & cōtemptus à vobis,  
 deseruit vos vicissim Deus, atq; ita gra-  
 tia illius omni destituti, vertistis vobis  
 mansuetudinem illius in cumulum da-  
 mna-

Tigurini  
 libros  
 Caluini  
 exurūt.

Quomo-  
 do Deus  
 indurare  
 cor alicu-  
 ius dica-  
 tur.  
 Rom. 2.

mnationis, ac secundum duritiam vestram, & impoenitens cor, non in hac modò vita grauiùs vobis Dei iudicium cumulâstis, verumetiam quidquid à vobis donorum eius possidetur, id in maiorem vobis cedet condemnationem, & eam sempiternam. Nam quæ se nondum satis protulisse videtur ira DEI, sentietis illâ in illo tremendo die, quando nos omnes manifestari oportebit ante tribunal CHRISTI, vt ferat vnus quisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Tunc enim tanto grauiorib. afficiemini supplicijs, quanto maiore contumacia, tantâ Dei mansuetudinem, ad meliora vos prouocantem reiecistis.

An autem & nunc non cernitis manifestam iram Dei, cuius quæ fuit aliquando semita, iam via facta est, & quidem latissima via? Quandoquidem in medio vestri Dominus miscuit Spiritum vertiginis, & errare fecit Aegyptû in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomês, & nō erit Aegypto opus quòd

I faci-

Iudiciū  
extremū  
hereticis  
durissimum.

1. Cor. 5.

Argumē  
tum certissimū  
iræ diuinæ in Sacramentarios.

Eesai. 19.

faciat, caput & caudam incuruātem & refrænantem. Sicut ebrius & vomens, egerit quod ingesserat, & vbi sit nescit, sic Aegyptus vestra, nullū habet opus, siue cōsiliū, quod aut caput habeat, aut finem. Quò crebriora conuenticula facitis, hoc plures, maiores, & horribiliores, inter vos errores exortos, hoc maiora dissidia cōcitata videre licet, dū estis ipsi vobis inuicem plus quàm hæretici, nec vlla manifestior veritas à vobis vnquam dicitur, q̄ cum vtraq; pars alterā hæreseos condēnat. An esse vos illos nō agnoscitis, de quib. Paulus ait: Eò quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui nō crediderunt. Obsecro vos vt hæc verba diligentius expendatis, nihil enim in illis est ociosum, nihil quod non summa dignum sit animaduersione. Non dixit Paulus, quia non receperunt veritatē, sed non receperunt charitatē veritatis. Multi sunt q̄ se recipere putāt veritatē, sed

Heretici  
qua in  
re veris-  
simi.

Locus  
Pauli ex-  
plicatur  
2. The. 2.

sed quia non recipiunt charitatem veritatis, quàm longissimè remoti sunt à veritate. Non enim diuidit vnitatem, quisquis habet charitatem. Quamobrem qui diuidit vnitatem, quæ fouetur & retinetur charitate, nūquam assequi potest veritatem. Verè dictum est ab Augustino : Nulli Schismata facerent, si fraterno odio non excæcarentur. An vos tot schismata fecissetis? An tot tam absurdas & impias hæreses iam pridem ab Ecclesia damnatas, & bene sepultas, in lucē reuocassetis, si papatus odio excæcati non fuissetis? Rectè scripsit Ambrosius, Nouatianus & alij nō paruę scientię fuerunt, sed quia per zelū, foedera charitatis pdiderūt, in schisma versi, ad perditionē sui, hæreses creauerūt. Quoniā igitur vos, per zelū quendā, qui nō est secūndum scientiā foedera charitatis rupistis, neq; charitatē veritatis recipere voluistis, iratus Deus, quid fecit vobis? Ecce, iuxta Pauli Prophetiam, misit vobis operationē erroris, vt ctedatis mēdacio. Legimus in Regum Historia,

Schisma  
ticorum  
causa ef-  
ficiens.

Augusti-  
de bap-  
tismo par-  
uul. con-  
tra Do-  
natistas,  
li. 1. ca. 11.  
Ambro.  
in Episto-  
lam ad  
Corint.



3. Reg. 22  
locus he  
reticis ac  
commo.  
datur.

Quod Achab Rex noluit credere Michæe prophete, charitatem veritatis annuntianti. Quid igitur fecit iratus Dominus? Cùm omnis exercitus cæli assisteret à dextris & à sinistris. Quis decipiet, ait Dominus, Achab regem Israël, vt ascēdat & cadat in Ramoth Galaad? Egressus est autem Spiritus, & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illū. Et dixit Dominus: Decipies & præualebis. Egredere, & fac ira. Nunc igitur: ecce dedit Deus spiritum mendacij, in ore omnium Prophetarum tuorum. Audite hæc, non vos modò Tigurini, verū etiam quotquot estis alij, qui vos à Papatu præcidistis. Nolulistis recipere charitatē veritatis, quam vobis in Ecclesia Dei Michæas annuntiabat, sed sanam doctrinā non sustinentes ad vestra desideria coaceruastis vobis Magistros prurientes auribus: Ecce misit vobis Deus operationem erroris, vt credatis mendacio: Misit mendacij spiritū in ore prophetarum vestrorum omnium, quibus miseri creditis, & quod vobis per illos

2. Thi. 4.

illos mēdacijs spiritus loquitur, à spiritu <sup>Pœ</sup> veritatis profectum esse persuasum ha <sup>peccati.</sup> betis. Ita iusto Dei iudicio, traditi estis in sensum reprobrū, vt clausis oculis & stupida mente, quasi fascinati, Sathanæ & eius ministris vos fallēdos tradatis. Et impletū est in vobis illud Hieremiæ <sup>Hier. 8.</sup> Prophetæ: Quomodo dicitis, Sapiētes sumus, & lex dñi nobiscū est? Verè mē daciū operatus est, stylus mēdax scribarū. Confusi sunt sapientes: verbū enim dñi proiecerūt, & sapientia nulla est in eis. Nullis verbis exprimi satis potest, quāta sit inter vos hæreseon colluuiēs, quām crassa & pudenda errorum absurditas: quām foedē, & piorum aurib. horrendæ blasphemix. Quicunq; gustum aliquem habēt sanę doctrine, sine summo horrore de portētis istis vestris cogitare nequeunt.

Et est hoc non admiratione magis, q̄ commiseratione dignū, quòd cūm orbis totus Christianus, in vestris istis tā foedis ac portētofis erroribus obstupescat, vos nihilominus, haud aliter, q̄ si

Cur Sē-  
tarij nō  
resipi-  
scūt, vt-  
que resi-  
piscant,  
quid fa-  
cere de-  
beant.

Pro. 18.

Esai. 63.  
Supplica  
tio qua  
vti opor  
teret se.  
ctarios.

in stipites, & truncos, vel in saxa cōuer  
si essetis, hæc mala vestra non sentitis.  
Verùm ita fit, quando quis à Domino  
cæcitate percussus est. Impius, cū in  
profundum peccatorum venerit, cōte  
mnet. Vtinam aut̄ inducere possetis a  
nimum, vt confugientes ad Dominum  
(quib. verbis loquentē populū Hebræo  
rum inducit Esaias) iisdem & vos illius  
misericordiā imploraretis: Tu domine  
pater noster, redemptor noster à seculo  
nomen tuū. Quare ei rare nos fecisti de  
vis tuis? Indurâsti cor nostrū ne time  
remus te. Conuertere propter seruos  
tuos. Tu, pater noster, non solum, quia  
creâsti nos, verū etiā quia nullo nostro  
merito, sed gratuita misericordia tua, cū  
essemus inimici, nos in filios tuos coo  
ptâsti. Tu, Dñs noster, qui nos non cor  
ruptilib. auro & argento, sed precioso  
sanguine filij tui redemisti. Cur ergo  
nunc deseris populū tuum? Cur nos in  
in tantis erroribus tam diu versari per  
mittis? Cur non aufers de carne nostra  
cor lapideum, & das nobis cor carneū,

vt

vt in præceptis tuis ambulemus, & iudicia tua custodiamus. Conuertere domine, saltem propter seruos tuos. Nam nos quidem, in tot tam foedos errores prolapsi, tot prætereà sceleribus inquinati, fatemur, quòd indigni sumus, quorum preces exaudias, sed propter seruos tuos, patres verò nostros, Abrahã, Isaac & Iacob: quorum erga se fides, obedientia, charitas perspecta tibi satis est & probata, propter hos, cõuerte faciem tuã ad nos, & oculos illos misericordiæ tuæ, nō amplius à nobis auerte. Ceterū cū vos & patrib. & patrū nostrorū deo, pridē nunciū remiseritis, & eos longum valere iusseritis: ac singuli post Idola vestra ambulare, & eis seruire, obstinatis animis pergatis, vix est vlla spes ô Tigurini, facturos vos, vt errores vestros agnoscatis, & ea q̄ par est, animū submissiōe, Dei misericordiã inuocetis. Ad Pole

Quamobrem relictis filijs alienis, in- nos Apo  
 ueteratis dierum malorum, ad eos qui strophe.  
 domestici nostri sunt, quorū præcipuã  
 nos habere curam oportet, orationem

nostram conuertemus. Qui cùm recēs  
adeò doctrinis varijs & peregrinis abdu  
cti, & in aliud nescio quod, cuiusuis po  
tius quàm Christi Euangelium, tranla  
ti sint, maior spes est, futurum, vt vnde  
Sathanæ fraudibus illecti discesserunt,  
eò redeant. Cùm de vobis dixisse Pro  
pheta videatur, Auersus est populus  
iste, auersione contentiosa, apprehen  
derunt mendacium, & noluerunt re  
uertì. Et paulò superiùs, Ecce incircum  
cisæ aures illorum, & audire non pos  
sunt, ecce verbum Domini factum est  
eis in opprobrium, & non suscipient il  
lud. Ad vos igitur mihi sermo nunc est  
ô Poloni, quibus cum etiam patria mi  
hi communis est. At vnde sermonis hu  
ius initium sumã? Flere magis libet, q̃  
loqui. Quis dabit capiti meo aquam,  
& oculis meis fontem lachrymarum?  
& plorabo die ac nocte interfectos fi  
liæ populi mei? Si totus vertar in fletũ,  
neque guttæ stillent, verùm torrentes  
fluant lachrymarum, pro eo, vt rei po  
stulare videtur atrocitas, interfectos ñ  
lia

Hier. 8.

Hier. 6.

Hier. 9.

liæ populi mei, lugere satis non poterō. Tanta enim sunt mala, quibus vos iam oppressos, & quæ vobis adhuc impendere grauiora video, nisi Deus oculis misericordiæ suæ respexerit, ac ablato corde lapideo, cor vobis carneum dederit, vt omnem dolorem, sua vincant magnitudine.

Quam autem causam adfers ô sancte Populus maximè deflendus quis?  
 Propheta, quam obrem ita populum hunc deflendum esse censeas? Quia, quis?  
 omnes inquit, adulteri sunt, & cœtus præuaricatorum. Quod etiã alius Pro- Oseas cap. 7.  
 pheta his verbis expressit: Omnes adulterantes quasi clibanus, succensus à co-  
 quente. Graue quidem est adulterium, quando coniugum alter alteri fidem non seruat, & alienum inuadit cubile, sed multo grauior est Mœchia spiritua- Mœchia spiritua-  
lis maior est adul-  
terio.  
 lis. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo, dicit Paulus. 2. Cor. ii.  
Oseas 2.  
 Per quem, qui locutus est, idem etiam per Prophetam antè dixerat: Et sponsabo te mihi in sempiternum: Et sponsabo te mihi in iustitia, & in iudicio, & in

Sponsæ  
Christi  
sumus.

misericordia, & in miserationibus : & sponsabo te mihi in fide, & scies quæ ego Dominus. Sumus ergo sponsæ Christi, quodq; maximè stupendū est, Et omnes vna sponsa, & singuli singule sponsæ sumus. Haftenus aut singuli Christi sponsæ sumus, quatenus illius vnus sponsæ Sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ membra sumus. Sponsus noster ille est, de quo scriptum est, Rex omnis terræ Deus, ipse sponsus noster. Totam tenet, quia totam emit. Vide autè, quanti emerit, vt intelligas quid emerit. Quod precium dedit? Empti estis, dicit Paulus, precio magno. Sed quòdnam est illud magnum precium? Edisserit hoc alius Apostolus, dicens: Non corruptibilibus auro & argento redempti estis, sed precioso sanguine, quasi agni immaculati Christi. Sanguinem ergo suum fudit, sanguinis sui precio nos emit. Vbi fudit sanguinem suum? In passiõe cruci affixus, quam prædixit Propheta dicens: Foderunt manus meas & pedes meos : dinumerauerunt omnia ossa mea.

Psal. 46.  
Sponsus  
noster.

1. Cor. 6.  
1. Pet. 1.

Precium  
hominis

Psal. 26

mea. Diuiserunt sibi vestimenta mea,  
 & super veste mea miserūt sortem. Ha-  
 bet ergo vestem sponsus noster. Qua-  
 lis ea fuerit docet Ioannes, dicēs, quòd  
 erat desuper contexta per totum. Quid  
 ea res nisi charitatem, quid significat  
 nisi vnitatem? Hanc tunicam non di-  
 uiserunt impij milites Christi persecu-  
 tores. Interea diuidūt Ecclesiam, quam  
 illa tunica designabat, qui Christū ver-  
 bis confitentur, factis autem negant.  
 Cæterum, quisquis hanc diuidit, mili-  
 tes, qui Christum in crucem egerunt,  
 impietate sua superat. Quisquis à toto,  
 quisquis à sponsa Christi, sancta Catho-  
 lica Ecclesia semetipsum segregat, is à  
 sponso quoq; Christo, à quo tanto fuit  
 emptus precio, segregatus est, atq; illi-  
 us esse sponsa desijt, ac tanto grauius  
 mœchatur, quàm qui coniugio iun-  
 ctus, alienum thorum inuadit: quan-  
 to maior est CHRISTVS Deus & ho-  
 mo, cui desponsus fuit, quàm quiuis  
 alius purus homo. De hoc genere mœ-  
 chie, scribit Clemens Presbyter Alexan-  
 drinus.

Vestis  
 spōsi no-  
 stri qua-  
 lis.  
 Cap. 19.

Tit. 1.  
 Crucifi-  
 xoribus  
 crudelio-  
 res hære-  
 tici.

Libr. 6.  
 Stromæ-  
 tum.



140 CATHOLICA CENSURA  
drinus. Est autem adulterium, si quis  
relicta Ecclesiastica & vera cognitione,  
accedat ad falsam, quæ non conuenit,  
opinionem. Et eum secutus Optatus,  
exponens illud Psalmi : Et cum mœ-  
chis particulam tuam ponebas. Hære-  
ticos, inquit, dicit mœchos, & mœ-  
chas Ecclesias illorum, quas aspernatur  
& repudiat Christus in Canticis Can-  
ticorum: quasi dicat, Quid mihi colli-  
gitis non necessarias, vna est dilecta  
mea, vna est sponsa mea, vna est colum-  
ba mea. i. Catholica, in qua cum & vos  
esse possitis, rebaptizando inter mœ-  
chas particulam habere voluistis. Et

Hiero li. 5. in Eze-  
chiel. ca.  
16. æqualis eius Hieronymus Ezechielem  
enarrans: Est & alia, inquit, fornicatio  
spiritualis: quando deserentes Ecclesi-  
am, hæreticis iungimur, & ædificamus

Hier. 6. lupanar nostrum in capite omnis viæ,  
Quibus præcipit sermo diuinus: State  
in vijs & quærite semitas Domini sem-  
piternas: & videte quæ sit via bona, &  
ambulate in ea, Moyfi videlicet, Iesu,  
Iudicum, & Regum libris, Esaiaque &  
Hiere-

Hieremia, & alijs Prophetis. In omnibus viarum principijs fabricatur lupanar suum, qui ad peruersitatem doctrinæ, testimonijs malè abutitur scripturarum, & dicit: Hæc ait Esaias: Hæc dicit Oseas: Hæc locutus est Moyses: hæc Daniel. Et pulchrè non in medijs vijs, nec in viarum terminis ponit lupanar suum, sed in principio. Si enim ad scientiam & profunda diuinorum venerit librorum, errare non poterit. Ac non nullis interiectis. Quicquid de Ierusalem diximus, refer ad Ecclesiam, animasq; credentium: quæ munera maritalia, aurum videlicet in sensu, & argètum in eloquio, & vestimenta, quibus foeditas nostra ac turpitudine velatur, dāt amatoribus suis: magistris dogmatum peruersorum: quādo asserunt, nihil nocere luxuriam, quòd eam naturalis lex deponat: cibus omnibus indifferenter vtendum, quia ad hoc facti sunt, vt sumantur. Hanc fornicationem ita grauem esse scribit Hieronymus, vt exponens illum locum, Et post te nō erit forni-

In sciētia  
diuina  
qui errare  
non  
possunt?

Hier. 2.

Deserto-  
rū Eccle-  
siæ inge-  
nium.Hæreti-  
corum  
dogma-  
ta non  
sunt diu-  
gurna,

fornicatio: collatiōe illius, omnem de-  
inceps fornicationem leuiorem existi-  
mari debere dicat. Vocāt eiusmodi Pro-  
phetæ, mulieres adulteras, vocant &  
meretrices: sicut apud Hieremiã legi-  
mus, In omni colle sublimi, & sub omni  
ligno frondoso, tu prosternebaris me-  
retrix. Hoc em̄ ingenio sunt, qui semel  
à Christo sponso nostro se diuiserunt,  
& sponsæ ipsius Ecclesiæ membra esse  
desierunt, vt quando semel, perfractis  
pudoris repagulis, ac ruptis pudicitia  
claustris, datam ei fidem fetellerunt,  
eam subinde mutant, ac simul vt vide-  
rint collem aliquem sublimem, aut li-  
gnum frondosum, hoc est, qui scien-  
tiæ habet opinionem, quæ inflat: qui-  
que verbis ornatis & amplis, ea quæ  
praua sentit edisserere queat, statim  
illi adhæreant. Ex quo fit, vt nunc  
huic, nunc illi sectæ se tradant, dum ni-  
hil apud eos stabile est, & diuturnum.  
Sed nec apud magistros eorum, secta-  
rumque principes, constans est quid-  
quam & perpetuum: cùm quotan-  
nis

nis & ritus, & dogmata sua variant. Est enim verissimum quod scribit Hieronymus, Quod semper fluctuant errantium pedes: nec sunt solida vestigia, quæ contra veritatem sunt, sed huc illucque discurrunt, & omni doctrinæ vento circumferuntur, dum de falsitate transeunt, ad aliam falsitatem. Et alio loco explicans illud Esaiæ, Multiplicasti fornicationes tuas cum eis. Hoc de hæreticis possumus dicere, qui derelicto DEO suo, sequuntur errores, & putant se aliquid plus habere, cum sequentes mendacia perdidissent veritatem, & multiplicauerunt fornicationem suam, non in vno dogmate sed in pluribus.

Obsecro vos, expendite diligenter, quæ dicunt Hieremias & Ezechiel & Oseas Prophetæ, Num ea non rectè quadrent in vos. Nolo dicere, quod estis omnes adulteri, sicut loquitur Hieremias, cum certum sit esse plurimos inter vos, quibus hæc tam grauis

Hiero. in  
16. cap. e  
Ezechie-  
lis.

In cap.  
Esai. 57.

Adulteri  
spiritua-  
les pluri-  
mi in Po-  
lonia.

gravis fratrum suorum fornicatio vehementer displicet, ac maiorem ex ea, quàm qui verbis vllis satis explicari queat, dolorem capiunt: sed quin plures, quàm expediat, inter vos adulteros reperire liceat, id inficias què quàm iturum esse non puto. Siquidem adulteri sunt omnes, Ambrosio quoque teste, Qui cupiunt adulterare fidei & sapientiæ veritatem. An vos non desponderunt vni viro virginem castam exhibere Christo, sanctissimi Patres illi nostri, Adalbertus Gnesnensis Archiepiscopus, & Stanislaus Cracouiensis Episcopus? qui primi propemodum gentem hanc nostrã voluntariè Deo genuerunt verbo veritatis, qui quod prædicârunt Euãgelium Christi, per longam Sacerdotũ & Episcoporum successionem sibi per manus traditum, sanguine suo signatũ vobis reliquerunt? Estis autem vos adhuc illa casta & incorrupta virgo, quam illi vos ita Christo, spirituali coniugio copularunt, vt ab eo nunquàm diuelles remini? Num in eo permanetis, quod ab

Amb. super Lucã  
libr. 8.  
cap. 2.

Adalbertus & Stanislaus  
Poloniæ Apostoli  
Iaco. 1.

ab illis initio didicistis? Num in qua fi-  
 devos illi Christo desponsarunt, eam  
 in hunc diem integram tetinetis? Proh  
 dolor, dolor superans omnem dolorē.  
 Quod metuebat Apostolus, id vobis,  
 proh dolor, accidisse videmus. Sicut ser-  
 pens Euam seduxit astutia sua, ita cor-  
 rupti sunt sensus vestri & exciderunt à  
 simplicitate, quæ est in CHRISTO IB  
 s v.

2. Cor. 11.

Locus

Gen. 3.

tracta-  
tur.

Sed quomodo seduxit serpens Euam?  
 Dixit ad mulierem, Cur præcepit vo-  
 bis Deus, vt non comederetis ex omni  
 ni ligno Paradisi? Videte mendacem.  
 Nunquam enim præceperat Deus, vt  
 non comederent ex omni ligno Para-  
 disii. Cuius mēdacij tacitè traduxit etiã  
 eū, cum respōderet mulier: De fructu,  
 inquit, lignorum quę sunt in Paradiso  
 vescimur, de fructu verò ligni, quod  
 est in medio Paradisi, præcepit nobis  
 Deus, ne comederemus, & ne tange-  
 remus illud, ne forte moriamur. Quid  
 autem ad hæc serpens? Astutia vsus, in-  
 quit, Irenæus, decepit eam denuò per  
 K falsi

Ire. lib. 5

Cap. 2.

vbisupra

Irenæus  
Polycar-  
pi disci-  
pulus.  
Hæreti-  
corū do-  
ctrina si-  
bi nō cō-  
stat.

falsiloquium, dicēs, Nequaquam mor-  
te moriemini. Scit enim Deus, quòd in  
quacunq; die comederetis ex eo, ape-  
rientur oculi vestri, & eritis sicut Dij,  
scientes bonum & malum. Cùm ipse sit  
mendax, mendacij DEVM arguere,  
quin & inuidiæ suspicionem illi confla-  
re non est veritus, quasi causa præce-  
pti huius esset inuidia. Sic ille cuius in-  
uidia mors intrauit in hunc mundum,  
ex se metiebatur fontem illum totius  
benignitatis. Verùm audite quem-  
admodum tractet locum hunc scriptu-  
ræ, qui fuit proximus Apostolorū tem-  
poribus, Irenæus Polycarpi discipulus.  
Docet is hæreticorum doctrinā, quod  
oculis etiam ipsi nostris cernimus, sibi  
non constare, propterea quòd quam  
Ecclesia firmam habet ab Apostolis  
traditionem, eam negligunt: Cùm Ec-  
clesia cui creditum est lumen Dei, veri-  
tatem vbique prædicet. Qui ergo re-  
linquunt, inquit, Ecclesiæ præconium,  
imperitiam sanctorum Presbyterorum  
arguunt, non contemplantes, quanto  
pluris

pluris sit idiota religiosus, à blasphemo & impudente Sophista. Tales sunt autem omnes hæretici, qui se plus aliquid præter veritatem inuenire putant, sequentes ea quæ prædicta sunt variè & multiformiter, & imbecillè facientes iter, de iisdem non semper easdem sententias habentes, velut cæci à cæcis circumducuntur, iustè cadent in sublatentem ignorantia foveam: semper quærentes, & nunquam verum inuenientes. Fugere igitur oportet sententias ipsorum, & intentius obseruare, ne coniurgemur ab ipsis: Confugere autem ad Ecclesiam, & eius sinu educati, & dominicis scripturis enutriti. Plâtata est enim Ecclesiæ Paradysus in hoc mundo. Ab omni ergo ligno Paradisi escas manducabis, ait spiritus Dei, id est, ab omni scriptura dominica mādudate. Super elato aut sensu, ne manducaueritis, neq; tetigeritis vniuersam hæreticam dissensionem. Ipsi enim cōfitentur semetipsos agnitionem habere, boni & mali, & super Deū qui fecit

Hæretici  
sophistæ  
impudē-  
tes san-  
ctis im-  
peritiam  
obijcie-  
bant.

Lignum  
paradisi  
interdi-  
ctū, hæ-  
reticorū  
doctrina

De sensu  
elato mā-  
ducare  
phibuit  
Deus.



eos iaculantur sensus suos impios. Supra igitur sentiunt, quàm est mensura sensationis. Quapropter & Apostolus ait: Non plus sapere, quàm oporteat, sed sapere ad prudentiam, vt non illorū manducantes agnitionem, eam quæ plus quàm oportet, sapit, proijciamur de Paradiso vitæ. In quem Dominus inducit eos, qui obediunt præconio eius. Hactenus Irenæus. Non in solo pane viuit homo, sed nec in solo fructu lignorum siue arborum, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei. Proinde pulchrè locum hunc accommodat Irenæus, ad escam spiritualem, hoc est ad scripturam dominicam. Ab omni, inquit, scriptura dominica manducate, super elato autem sensu ne manducaueritis. Quominus vteretur, qui capax est solido scripturæ cibo, Dominus non prohibuit, sed elatū scripturæ sensum, quem afflat serpens, dum vt esse velimus, sicut Dij persuadere conatur, hūc modis omnibus prohibuit. Et hoc est quod metuere se dixit Apostolus, ne si-

cut

cut serpens Euam seduxit astutia sua,  
 sic seducat Corinthios quoque suos.  
 Ne corrumpantur, inquit sensus vestri,  
 & excidant à simplicitate, quæ est in  
 CHRISTO IESU. Nihil magis pu  
 gnat cum simplicitate, quàm sensus ela  
 tus. Noli altum sapere dicit alibi, sed ti  
 me: Non alta sapientes, sed humilibus  
 consentientes. Rom. 11.  
Rom. 12.

Nūc vos videte charissimi, si p̄ astutiã  
 serpentis illius, qui seduxit primos pa  
 rentes nostros, non sunt corrupti sen  
 sus vestri: si non excidistis ab ea simpli  
 citate, quæ est in CHRISTO IESU,  
 quæ fuit in sanctis maioribus vestris. Si  
 non manducaſtis de sensu elato, de quo  
 ne manducaretis, Dominus præcepe  
 rat: si non ista potissimum caussa fuit,  
 quamobrem in has tantas abominatio  
 nes incidistis, & in has tam fœdas for  
 nicationes, quas exposuistis omni tran  
 seunti. Maiorum vestrorum sensus in  
 tegri fuerunt, & incorrupti, fuit in illis  
 ea simplicitas, quæ est in CHRISTO  
 IESU: non manducauerunt de sensu

Polono  
rum ad  
suos ma  
iores  
collatio.

Pfal. 130.

elato: non est exaltatum cor eorum, non sunt elati oculi eorum: non ambulabant in magnis, neque in mirabilibus super se. Paulum rectè momentem audiebant: Non plus sapere, quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Ille plus sapit quàm oportet sapere, qui se sapientiorē ac doctiorē esse persuasum habet, quàm Ecclesiā vniuersam, de qualibus dicit Apostolus, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Ille sapit ad sobrietatem, qui qua par est animi submissione suam quacunque tandem de re iudicium Ecclesiæ iudicio libenter submittit, & ei præcipienti libèter paret. Quod quàm religiosè fuerit à sanctis maioribus vestris obseruatum, quotquot estis natu grandiores, memoria tenere potestis. Quid autem vos? Num ab hac eorum simplicitate non excidistis, qui nō modò non imitandam eam vobis, verùm illos ob hanc ipsam causam plerique cachinnis esse prosequendos existimatis? vt rectè de vobis illud vsurpare

Plus sapere qd?

Sapere ad sobrietatem quid.

ionis

2 21

pare

pare possit Ecclesia, Nunc autem deri- Iob 30.  
 dent me iuniores tempore. Sed non  
 temerè dixit CHRISTVS, Væ vo- Luca 6.  
 bis qui ridetis nunc, quia lugebitis &  
 flebitis. Quibus enim lachrymis de-  
 flere satis possunt, quæ postea vobis  
 acciderunt? Nam eius quod scriptum  
 est obli, Sicut qui mel multum co- Prou. 25.  
 medit, non est ei bonum: sic scrutator  
 maiestatis opprimetur à gloria. Quod-  
 que dicit alia scriptura: Altiora te ne Eccl. 3.  
 quæsieris, & fortiora te ne scrutatus  
 fueris, sed quæ præcepit tibi Deus il-  
 la cogita semper, & in pluribus ope-  
 ribus eius ne fueris curiosus. Non est  
 enim tibi necessarium ea quæ sunt ab-  
 scōdita videre oculis tuis. Harum salu-  
 brium admonitionū obli, posuistis in  
 cælū os vestrū, & lingua vestra transiit  
 in terra. Sicut olim Capernaitæ, cū Psal. 72.  
 Christū de manducanda carne, deq; bi-  
 bēdo sanguine suo verba facientē audi-  
 uissent: Quomodo, dicebāt, potest hic Ioan. 6.  
 nobis dare carnem suā ad manducan-  
 dū? sic & vos nō minùs curiosè quære

Fructus  
elati sen-  
sus.

Amb. de  
fide lib. 1.  
cap. 3.

Regnum  
Dei in  
quo cō-  
sistit.

cæpistis : Quomodo potest fieri, vt ex pane caro, & ex vino fiat sanguis Christi? Dumque rimari secreta cælestia, dum altiora vobis quærere, & fortiora vobis scrutari, dum quæ sensum omnē, & intellectum humanum superant, & sola fide compræhendi possunt, ea ratione vestra, qua nihil est imbecillius, peruestigare conamini, ecce quo tandē ad extremum estis prolapsi. Et Christū ex Eucharistiæ Sacramento amisistis, & adorandum sanctissimæ Trinitatis nomen blasphemari, iam æquis auribus ferre potestis: quin & duplici honore dignos iudicatis eos, qui tam horrenda patrare non dubitant. Animaduertitis ne, quomodo serpētis astutia, corrupti sunt sensus vestri, posteaquàm à simplicitate maiorum vestrorum excidistis, & sicut scribit Irenæus, sanctorū Presbyterorum imperitiam arguere cœpistis. Qui cum scirent nō in contentione sermonis Dei regnū esse, verū in simplicitate fidei, de tā occultis illius mysterijs non disputandum, non ea discutienda,

non

non esse quærendum, quomodo putauerunt. Sed cùm legissem, Iustum ex fi  
 de viuere, non ex argumentis aut ratio  
 nibus, cælestibus his mysterijs fidẽ ad  
 hibendo, nec ea curiosè scrutando, tan  
 dem ad fidei præmia peruenerunt, & il  
 lud consecuti sunt, quod scriptum legi  
 mus: Credite & intelligetis.

Verùm libet hîc gradus describere,  
 quibus ad supremum hoc impietatis fa  
 stigium peruenistis: quò magis astutia  
 serpentis huius, oculis omnium subie  
 cta esse queat. Qui cùm sit callidior cū  
 ctis animantibus terræ, non festinãdo,  
 sed, sicut fert ingenium eius, rependo  
 perfecit, vt in hunc locũ veniretis. Ve  
 rum enim est illud quod quidam scri  
 psit: Nemo repente fuit summus, ascẽ  
 dendo non volando apprehẽditur sum  
 mitas scalæ. Quod non magis de virtu  
 te, quàm de vitio rectè dici potest, sicut  
 ille dixit: Nemo repente fuit turpissi  
 mus. Quod etiam pulchra quadam si  
 militudine Basilius expressit, Sicut te  
 nebrę lucis præsentia superãtur, & mor

Abac. 2.

Esa. 7.

Gradus  
 quib. ad  
 extremã  
 impieta  
 tem ven  
 tum est.  
 Genes. 3.  
 Bernar.  
 in serm.  
 1. de Di  
 uo An  
 drea.  
 Basil. in  
 Oratiõe  
 de virtu  
 te & vi  
 tio, vna  
 ex istis  
 24. quæ  
 hoc an  
 no Vene  
 tijs im  
 pressæ  
 sunt.

154 CATHOLICA CENSURA  
bus sanitatis accessione, & ad virtutem  
progressio, à rebus minimis augmētum  
sumit: ita etiam prauitatis scaturigo, ab  
ijs quæ initiò imbecilla atque exilia e-  
rant, ad rem quæ sanari ac restitui am-  
plius non potest fertur. Ad eundem  
modum & Augustinus: Nec enim, in-  
quit, ad tam turpem & miserabilem for-  
nicationem, semel ab exordio profili-  
ret, sed sicut scriptum est: Qui modica  
spernit, paulatim decidet. Quomodo  
enim coluber non apertis passibus, sed  
squammarum minutissimis nisibus re-  
pit. Sic lubricus deficiēdi motus minu-  
tatim occupat.

Libr. 12.  
de Trini-  
tate, cap.  
10. & 11.

Hœmilia  
87. in ca.  
27 Mat-  
thæi.  
Sathan  
à mini-  
mis.  
1. Reg. 28

Libet autem ea quæ leguntur apud  
Chrysostrum adscribere. Veterator,  
inquit, in aliorum Diabolus, cùm sit ma-  
gna malitia, multa opera, ingēti studio,  
condescensioneque nonnulla ad perdi-  
tionem hominum vtitur. A minimis es-  
nim plerunq; incipit, quod intueri hoc  
modo licet. Studebat in Pythonissæ de-  
risionem Saul Regē detrudere, iterum  
quia non adhibuisset ille mentem, ad  
Pytho-

Pythoniffas paulatim ipsum inducit.  
 Nam quoniam Samueli non obtépera  
 uit, & holocausta offerri preparauit, illo  
 absente accusatus, ait, necessitas hostiū  
 facta est maior. Cūq; flere oportuisset,  
 quasi nihil mali fecisset, lætabatur. Ius-  
 sit deinde nōnulla de maledictis Deus,  
 ea quoq; trāsgressus fuit: hinc aduersus  
 Dauid illū insaniuit, ac sic paulatim la-  
 bens non stetit, quousq; ad ipsum per-  
 ditionis barathrum seipsum immisit. Si-  
 militer etiam de Cain factum esse vide-  
 mus. Non enim confestim cædem fra-  
 tris illi suggestit, ne magnitudine rei cō-  
 motus, tam scelestum facinus abomina-  
 retur: sed prius ei persuasit deteriora of-  
 ferre, nullum esse id dicens peccatum.  
 deinde inuidiæ veneno succendit,  
 nihil etiam mali hinc secuturum per-  
 suadendo. Ita sensim in eum illapsus  
 ad cædem fratris, & ad negationem sce-  
 leris impulit, nec prius cessauit, quàm  
 malorum omnium verticem imposuit.  
 Repellēda igitur malorum initia sunt.  
 Nam etiamsi ad maiora prima nō pro-  
 grede-



Peccata  
maxima  
ex paruis  
fiunt, ne-  
gligētia  
nostra.

Peccata  
magna  
interdū  
non tan-  
to stu-  
dio sunt  
vitanda,  
quanto  
parua &  
vilia.

grederentur peccata, non esset tamen negligendum: nunc verò per istam incuriã gradatim semper ascendunt, quæ propter omni studio atque opera funditùs principia peccatorum sunt evertenda. Non enim vim delicti solã consideres, nec quia paruum sit cogites: sed illud præcipuè tene, quia si radicem non euulseris, magnus inde labor succrescet. Mirabile quid atque inauditum dicere audeo. Solet mihi nonnunquam non tanto studio magna videri peccata esse euitanda, quantò parua & vilia: illa enim natura ipsa spontè auertitur: hæc autem hac ipsa re, quia parua sunt, desides reddunt: & dum contemnuntur, non potest ad expulsionem eorum animus generosè insurgere. Unde citò ex paruis maxima fiunt negligētia nostra: hoc ipsum corporib. quoque accidere videbis. Sic in Iuda maximum proditionis malum coaluit: nisi enim putasset paruum esse, pecuniam inopum surripere, in tantam proteruitatem non deuenisset. Iudæi quoq; ni-  
si pu-

si putâssent inanis gloriæ delictum minimum esse, vsque ad cædem Christi lapsi non fuissent. Hac via omnia scelera fieri videbis. Nemo enim repentè ad extremam improbitatem insiliit. Habet quippe insitum quendâ anima pudorem atq; innatum, quem subito calcare atq; proijcere non potest: sed sensim atque paulatim ex negligentia perit: hoc pacto etiam Idolorum cultus aditum inuenit, cum vltra quàm oportet, viui ac defuncti honorarentur: hoc pacto simulacra & statuæ adoratæ sunt: hoc pacto denique fornicatio & cætera vitia dominantur. Consideremus autem si nimium quidam, ac importunè risit, reprehensus à quoquam est: respōdet alijs, nihil esse id mali. Quid enim est risus, aut quid vnquam ex risu mali sequetur? Orta tamen ex immoderato risu paulisper scurrilitas, à scurrilitate turpiloquium, à turpiloquio operatio turpis pfecta. Cùm alius proximo ex incuria malediceret, reprehensusq; esset, contempsit, dicens nihil esse mali

huius

Animæ  
pudor  
innatus  
quomodo  
perit.

Ex leui  
risu quis  
progressus  
ad  
peccatū.

A maledicentia  
ad cædē  
quis progressus.

huiusmodi verbis uti : sed hinc diffidia & odia nata sunt, inde inimicitiae capitales, hinc contumeliae, à contumelijs porrò pulsatio, ac inde caedes plærunque secuta est. Sic à minimis ad maxima Diabolus gradatim ducit, & inde ad desperationem detrudit, & hanc viam priore non minorem adinuenit.

Non enim tantos peccatum, quantos desperatio perdit. Nam qui deliquit, si seipsum per poenitentiam excitabit, citò delicti remissionem impetrabit: qui autem poenitentiam spernit, idcirco veniam impetrare non potest, quoniam medicinam poenitentiae non imponit.

Digna sunt animaduersione, quæ scribit Chrysoſtomus, quamuis Paradoxa videri possunt, quod non tanto studio magna peccata putat euitanda, quanto parua cùm ab illis sponte sua natura mortalium abhorreat: hæc autem hoc ipso, quia parua sunt, desides reddunt, & dum contemnuntur, efficiunt, ut quandoquidem eis minus generose resisti-

resistitur, ex paruis maxima fiant. Nul-  
 lum autem est peccatum hæresi gra-  
 uius & schismate, vt alia omnia cum  
 hoc vno collata, festuca sint cum tra-  
 be comparata. Quamobrem optan-  
 dum fuerat, vt statim initiò prorupif-  
 set Sathanas, in hos tam foedos erro-  
 res, qui nunc sparguntur. Nam neque  
 tulissent hoc aures mortaliū, non-  
 dum assuetæ leuioribus etiam, sed sta-  
 tim è medio blasphemos istos sustulif-  
 sent. Verùm intelligebat hoc ille,  
 quamobrem non est illi visum, ab his  
 exordiri: sed cùm animaduerneret, quo  
 ad Papatus, (nam sic illi vocare libet  
 Ecclesiam Catholicam,) aliqua esset  
 auctoritas, frustra se laboraturum, ne-  
 que consilia sua, quem cupiebat, vel  
 progressum habitura, vel exitum esse  
 consecutura. Quamobrem, vt illum  
 eleuaret, & in odium & contemptum  
 apud vos adduceret, in id studium, to-  
 to pectore (quod aiunt) incubuit.  
 Quò sic, posteaquam illi præcipien-  
 ti non parère constitutiones etiam  
 illius

Hæresi  
 nullum  
 peccatū  
 grauius.

Sathan  
 hæreses  
 à Papa-  
 tus oppu-  
 gnatiōe  
 cur ince-  
 perit.

Papatus  
 oppu-  
 gnatio  
 initium  
 hæresum

illius pro nihilo ducere consueuissetis, facilius in suã vos nassam pertraheret. Sed nec hoc non videbat, honestiorem aliquẽ prætextũ adferri oportere, quo posset quàm plurimos alienos ab illa reddere, quàm qui non audisset eum tanquam Ethnicum & Publicanum haberi Christus voluit. Quis autem potuit prætextus honestior inueniri, quàm Euangelij, quàm Dei verbi? Quamobrem visum est illi, metu suæ graueolentiæ, sicut Athanasius loquitur, scripturarum voces vsurpare, vt illis obtectus asperso veneno suo simplices deciperet. Ita enim Euam decepit, ita etiam alios hæreticos in errorẽ abduxit. Prætextit igitur fraudi suæ nomen Euangelij, quod subinde crepabat, ac facinus minimè ferendum esse vociferabatur, humanis traditionibus Dei verbũ obscurari, & priorem illarum rationẽ haberi. Vocatos esse nos in libertatem à Christo, nunc autem iterum subijci seruituti legis, & quidem humanæ, cuius iugum grauius etiam sit, quàm iugum legis

Matt. 18.

Sathan  
venena  
sua scri-  
pturæ  
vocibus  
obtegit.

Mosaicæ. Leges humanas esse ciborum delectum, dierum discrimen, sacerdotū cœlibatum, orandi stata tempora, præscriptas etiam quasdam formulas, quas horas Canonicas vocant, & id genus alia quædam, Dirumpenda esse hæc vincula Papatus.

Nam vbi scriptū est, quòd feria quarta potius, aut profabbato, aut in quadragesima, quàm alijs diebus ieiunandum, quòd à carnibus & ab ouis, quàm à piscibus magis abstinendum sit, quòd ab honorabili coniugio & immaculato thoro sacerdotes prohibendi sint? Hoc sibilo serpentis afflati multi, cùm quod ingratum auribus esse non potuit, laxari carni fræna viderent, minus iam Ecclesiæ tribuere, quin apertè, quæ sunt ab ea rectè constituta, flocci non facere cœperunt: vsque eò etiam, vt in despectum Papatus siue Ecclesiæ, non alijs diebus carnibus libentiùs vesceretur, quàm quibus vsum earum prohibitum esse sciebat. Neque Sacerdotes tantùm, verùm & ipsi Monachi contra

Prima  
fornica-  
tio hære-  
ticorum

In despe-  
ctum Pa-  
pæ om-  
nia faci-  
unt hæ-  
retici.

L iuris-

**Psal. 95.** iurisiurandi sui religionem, contra expressum DE I verbum, quo dicitur: Vouete & reddite Domino Deo vestro: Et iterum, Cùm voueris votum

**Deut. 23.** Domino Deo tuo, non tardabis reddere: se fœminis copularunt, quas eis vxores vocare visum est. Atque hæc prima fuit fornicatio vestra.

**Secunda  
fornica-  
tio.**

Cumque sibi serpens non infœliciter initia cecidisse videret, prorepfit lōgius: accessit ad Sacramenta, quorum tamen vel numero, vel virtuti, vel dignitati, nō statim fuit ausus quidquam detrahare, verum de speciebus tantum venerabilis Eucharistiæ Sacramenti contentionem iniecit: quiritans, quod contra manifestum Dei verbum ventum esset, quando quidem disertis verbis dixit CHRIS TV S: Bibite ex hoc omnes. Non esse ferendam tyrannidem hanc Pontificum, qui sibi licere vellēt ipsam etiam institutionem CHRIS TI, non modò violare, verum & contrariū illi statuere. Sic ille transfigurans se in angelum lucis, ac Euangelium Dei que  
ver-

verbum obtendens, multò plures astutia sua seduxit. Sciebat ille, quòd etiam per membra sua Lutherum, Bucerum, Philippum Melanthonem, & alios nõ semel est confessus, Christum de calice sumendo, nihil tanq̃ necessarium præcepisse: Sciebat verissimum esse, quod etiam à patrib. aliquando fuit decretũ, siue sub vna, siue sub vtraq; specie quis communicet, proficere dignè communicantibus ad salutem, modò secũdum ordinationem & obseruationem Ecclesiæ faciat. Itaque non eum offendit alterius tantũ speciei communicatio, sed cũm CHRISTI corpus Ecclesiam id ordinasse videret, illius ordinationem infringere conatus est. Quo sic adsuescerent homines, plus priuato suo, quàm Ecclesiæ iudicio tribuere, & illius sensui, suum in scripturis interpretãdis sensum antepone. Hanc igitur vt erroris conuinceret, ac vt viam sibi muniret, qua persuadere posset, vt in alijs quoque scripturis interpretandis, similiter suum potius,

Hæreticorum de vtraque specie sententia.



Sathane  
proptiū  
inter fra-  
tres diui-  
dere

quàm Ecclesiæ sensum sequeretur, hæc illi fuit causa potissima, quamobrē tanto studio calicem vrgendum esse putaret. Qui cū nihil aliud maiore studio contenderet, quàm vt inter fratres diuideret, quod est illi proprium, permultum se profecturum persuasum habebat, si per quod Sacramentum, vnum CHRISTI corpus efficimur omnes, in eo diuisionis vt esset initiū perfecisset: neq; verò fefellit eum opinio sua. Nam simul vt persuasum est non paucis, contra tam expressum DEI verbum, per summam iniuriam, calicem esse laicis ereptum, idque Concilij generalis auctoritate, venit apud eos Ecclesia siue Papatus in tantum odium & contemptum, vt nihil habere cum eo commune vellent: vtque Zonarij, baiuli, pueri, puellæ, aniculæ, hanc opinionem de se conciperent, quòd scripturas multò melius, quàm Ecclesia siue Papatus vniuersus intelligeret, cuius vel cæcitatem, si tam clarum DEI verbum non videbat, vel impietatem, si sciens

pru-

prudensque contra illud veniebat, mirari satis ac detestari non potuerunt.

Et fuit hæc iam secunda fornicatio.

Hic semitę irę Dei via facta est, ac magis indies atq; magis dilatata. Paulò iã deinceps citatiore gradu rep̄sit serpens vlterius. Videbat enim animos multorum bene præparatos ad sibilum suum excipiendum. Persuasit igitur plurimis exanguie corpus ad māducandum, neque viuum sanguinem, sed cruorem bibendum dari, quòd sub specie panis corpus tātum sine sanguine, sub specie vini sanguis tantū sit sine corpore. Quæ ratione perfecit, vt minùs iam reuenter ad hoc Sacramentum accederetur. Quis enim ab eo vitam expectaret, in quo vita non esset? Paulò pòst iam nō amplius eo voluit vti dicendi genere, quod obseruat Ecclesia, sub specie panis: verum, nunc in pane, nunc sub pane, nunc cum pane, docuit esse corpus Christi, quod remaneret ibi substantia panis vnā cum substātia corporis Christi. Quæ res risum Sacramentarijs mo-

Tertia  
fornica-  
tio hære-  
ticorum

Zyvin.  
gliani  
Luthera-  
nos cre-  
dere di-  
cūt Chri-  
stum im-  
panatū,

uit, cū quē nos incarnatum esse pro-  
fitemur, eum illi credere Lutheranos di-  
cerent, CHRISTVM impanatum: si-  
mul eis occasionē vltcrius progredien-  
di dedit. Serpit postea longius hæc be-  
stia, neq; tamen adhuc eò peruenit au-  
daciæ, vt Christi præsentiam in hoc Sa-  
cramento negaret, sed viam tantū ad  
eam rem sibi muniuit. Concessit esse  
Christum in Eucharistia præsentē, ve-  
rū non alio tēpore, quā quo sume-  
retur. Quasi verò non cū accedit ver-  
bum, sed cū accedunt dentes ad ele-  
mentum, & confringunt illud, tum pri-  
mū fieret Sacramentum. Sed hoc il-  
le tamen multis persuasit, ac si quis ex-  
tra sumptionem Eucharistiam adoras-  
set, eum Idololatriæ reum pronuncia-  
uit. Ac eò tandem perduxit miseros, vt  
& sacerdotium & sacrificium abrogan-  
dum, ac omnem Christi beneficiorum  
memoriam obruendam censerent obli-  
uione sempiterna summi præsertim il-  
lius & immensi beneficii, quo semetip-  
sum Christus dedit redemptionē pro  
nobis,

nobis, cuius in tremendo Missæ sacri-  
 ficio fit repræsentatio. Quæ posteaquã  
 ex animi sui sententia confecit omnia,  
 tum primùm idoneum esse tempus exi-  
 stimavit, vt per nouum suum satellitẽ  
 Zvinglium, eò pertraheret hominem,  
 vt diceret insipiens in corde suo, Non  
 est Deus. Non est Deus in hoc Sacra-  
 mento. Non est in eo corpus Christi.  
 Merus est panis pistorius: cui diuinos  
 honores tribuere, est Idololatrię scelus  
 committere. Cuius tanti criminis non  
 dubitauit orbem Christianum vniuer-  
 sum condemnare: qui totis mille quin-  
 gentis annis panem pro Deo coluerit.

Sic ille, posteaquam tectũ Ecclesiæ,  
 siue Papatus per Lutherum demolitus  
 est, parietes etiam per Zvinglium dis-  
 iecit: ad ipsum quoque fundamentum  
 cuertendum aggressus, istos de quibus  
 nunc agimus excitauit, qui sanctissimã  
 Trinitatem, quæ verè fundamētum est  
 fidei nostrę, blasphemarent, qui Deum  
 esse trinum & vnum negarent, neque  
 tres personas, & vnam earũ essentiam

Zving-  
 glius sa-  
 telles dia-  
 boli.  
 Blasphe-  
 miæ illi  
 Psal. 15.  
 & 52.

Funda-  
 mentum  
 fidei Tri-  
 nitarij  
 conuel-  
 lunt.

confiteri vellēt, qui sancti Patris Athanasij symbolum (quod per mille trecētos annos ita fuit in Ecclesia receptum vniuersa, nullus vt auderet contrā mutire, nisi qui se manifestum hæreticum esse comprobare vellet, quod proximum à scripturis Canonicis locum hætenus obtinuit) blasphema lingua Sathana-  
 Sathana-  
 sij sym-  
 bolum. Nec illis defuerunt, proh dolor, qui tantas blasphemias has non modò ferrent æquis auribus, verum etiam tuerētur atque defenderent.

Abomi-  
 nationes  
 in Polo-  
 nia graf-  
 fantes  
 deflētur.

Videtis iā charissimi, quomodo vos astutia sua serpens iste seduxerit, à quibus initijs, per quos gradus, ad hoc extreme fastigium impietatis perduxerit. Quæ fuit initiò semita tantum iræ Dei, quàm lata nunc via facta sit? Accidit vobis illud, quod accidisse populo suo multis cum lachrymis questus est Hiere-  
 Hiere. 9. remias. Nam cùm dixisset, Omnes adulteri sunt, & cœtus præuaricatorum, subiunxit mox: Et extenderunt linguâ suam, quasi arcum mendacij & non verita-

ritatis. Confortati sunt in terra. Re vera, confortati sunt in terra, quidam verè terrestres Nuncij : quia de malo in malum ingressi sunt, non cognouerunt me, dicit Dominus. Sicut sancti de virtute in virtutè, sic isti de malo in malū progressi sunt, Idolum Idolo mutarūt. Quid faciam patria mea dulcissima, in qua primū lucem hanc aspexi (quam vtinam nunquam aspexissem potius, quàm in has tantas abominationes, in has tam foedas fornicationes incidisse te viderem.) Sed quid faciam? Loquar an taceam? Loqui pudor prohibet, tacere dolor non permittit. Quinetiam grande fuerit scelus, tacere, quod loqui Deus præcepit, dicens: *Notas fac Hierusalem abominationes suas.* Quamuis te potiùs alloquar Pinzouia, quæ, quod sine lachrymis referre non possum, in patria mea plurimis pestiferum virus tuum afflauisti. Nam patriæ meæ tam ignominiosum nomen tribuere nolo, cum sint multò plures in ea, qui vel maximè vestras istas abominationes execrantur.

Ezec. 16.

Ad Pin-  
zouiam  
Apostro-  
phe  
Hierc. 2.

crantur. Confregisti Pinzouia iugum  
meum, dicit Dominus: Rupisti vincula  
mea, & dixisti, Non seruiam. Non ser-  
uiam Papatui: Non seruiam Ecclesiæ:  
Non audiam illam: Patres, Cōcilia, ve-  
tustatem, flocci nō faciam. Quid ex eo  
cōsecutum est? Prosequitur Dominus.  
In omni colle sublimi, & sub omni li-  
gno frondoso, tu prosternebaris mere-  
trix. Audin tu Pinzouia, quid factū sit  
de te, posteaquam confregisti iugū Ec-  
clesiæ, rupisti vincula Papatus, nec am-  
plius illi seruire voluisti, quem ex eo fru-  
ctū tulisti? Facta es meretrix, dixit Do-  
minus. Vbicunq; vidisti collem aliquē  
sublimem, aut lignum frondosum, ibi  
tu prosternebaris meretrix. Nihil nunc  
dicam de domesticis tuis amatoribus,  
deq; finitimis Picardis, de ijs tantum,  
qui longiūs à te distiti fuerunt verba  
faciam. Visus est aliquando tibi collis  
sublimis, & lignum frondosum Stanca-  
rus, de quo magnam opinionem scien-  
tiæ conceperas: statim in illo colle sub-  
limi, & sub illo ligno frondoso tu pro-  
sterne-

Pinzoui-  
ensium  
fornica-  
tio.

Stācarus  
collis  
sublimis  
Pinzo-  
niæ.

sternebaris meretrix : totam illius volūtatē te permisisti : quicquid ab illo dicebatur, tanquā dei verbū adorasti. Quid autem paulò post factum est? Quæritur Gal. 1. hoc ipse qui se Paulo Apostolo æquiparatur, quod sicut post Pauli discessū à resecta fide Galatæ defecerunt, sic tu post ipsius discessum opera Pseudo euāgelicorū in Arrianismū & Eutichianismū es retracta. Hoc est amatoris tui, sub quo te prostrauisti, de te iudiciū. Cōstat autē ex historica narratiōe, quā ædendā tu Pinzouia curasti, quod cū Stanca-  
 rus publicā disputationē expeteret, de dogmate quod in dubiū apud vos vocabatur, ministri tui cum suo Superintē-  
 dente disputationē hāc refugerūt, quod se certos esse dicerent, ita rē habere, sicut ipsi docerēt, quodq; cū esset ipsorū de mediatore sentētia, ministrorum Ecclesiarum quarundā, adhærentium doctrinæ suæ, calculis approbata, Stan-  
 cari verò reiecta, fas non esse putarent, reiectis eorū iudicijs, nouā disputationē ingredi. Cū tamen intereā velint,  
 ut qui-

Hæretici  
 de suorū  
 iudicijs  
 iudicare  
 nolunt.



vt quibus de Capitibus doctrinæ Christianæ totius orbis Christiani decreta intercesserunt, ea rursus in dubium re-

Stancarij  
libri exu  
sti Pin-  
zouiz.

uocentur. Itaq; condemnastis eum inauditum, libros eius Vulcano corrigēdos tradidistis, fortassis idem de ipso factura eras, nisi maturè sibi fuga consulisset. Scribit autem idem Stācarus, misisse vos pro consilio ad Tigurinos & Geneuenses, qui vobis Arrianam, Eutichianam, Appollinaristarum, Timotheianorum, Acephalorum, Theodosianorum, Gaianitarum, & Macarianorum hæreses pro fide Catholica remiserūt, ipsi etiam inter se pugnantes. Coram his quoq; tu prosternebare mer-

Blādrata  
Lysimamimus.  
Niger.

trix. Venerunt ad te postea Blandrata, Lysinamimus Galli, quidam Georgius Niger, qui minorem esse patre filium asseribat: In his quoq; sublimibus collibus, sub his lignis frondosis tu prosternebaris meretrix. Venit postea Gētilis quidam personatus Ernomianus, qui gentilem vt te faceret, vel vt Iudaismū potius induceret, proximè secū trahen-

Gentilis.

tem

tem inter cæteros comites Gentilismū  
 siue Paganismum, Catholicam & Or-  
 thodoxam Ecclesiæ doctrinam de san-  
 ctissima Trinitate non est oppugnare  
 veritus, atq; vt Christū negares author  
 tibi fuit. In hoc quoq; colle sublimi, sub  
 hoc ligno frondoso tu prosternebaris  
 meretrix. Venit ad extremū Ochynus, Ochynus  
 nuper admodum ab Heluetijs pulsus,  
 qui diuersa quidem ratione, sed mini-  
 mē tamen à Gentile diuersa docuit. In  
 hoc quoq; colle sublimi, sub hoc ligno  
 frondoso tu prosternebaris meretrix.

Sed paulò plura de Ochyno dicere Inimicus  
& defen-  
for eccle-  
siæ Ochi-  
nus.  
 libet, vt qui vir sit iste, simul q̄ sit hæc  
 turpis tua fornicatio, cognosci possit ab  
 eis, qui fortè non satis adhuc habent eū  
 perspectum. Vbi Psalmi locum illum Psal. 8.  
 enarrant Hieronymus & Augustinus.  
 Vt destruas inimicum & defensorē, sic  
 enim legit Augustinus. Inimicū & de-  
 fensorem, siue vltorem, hæreticum in-  
 telligi volunt. Qui cum nequitia sua si- Ochini  
astus  
 dem & Ecclesiam Christianam oppu-  
 gnet, defendere tamen eam assimulat.

Ipsissi-

Ipsissimus hic est Ochynus. Est enim idem inimicus & defensor. Nec vlllo tempore magis inimicus, quam quo se maximè simulat esse defensorem. Vix vnquam sana doctrina, quã Ecclesia Catholica proficitur, hoste sibi magis habuit infestum, quàm hunc, qui tamè interea sibi partes illius defendendas sumit vltro: verum ita defendit, vt facilè nequissimũ præuicatorum agnoscere liceat. Nihil est necesse recensere singula, foret enim id nimis longum, sed pauca tamè breuibus attingam. De Polygamia Dialogum quendam edidit, in quo quibus potest fortissimis argumentis, quendam illam approbantem, se verò Ecclesiæ doctrinam tuentem inducit: Qua quidem in re, se talem defensorem præstat, vt ludere potius cum aduersario, quàm seriorem agere videatur. Haud aliter enim, quàm si victus esset, argumentorum illius vi: concedit ad extremum quod ille vult, & vt id faciat, monet, ad quod eum Deus impellit. An autem magis  
fidum

fidum defensorem agit in eo dogmate tuendo, quod vnum est de præcipuis fidei nostræ capitibus, quo Sanctam Trinitatem & esse, & adoradam esse, Christumque natura Dei filium esse Catholica profitetur Ecclesia: ipsa præfatio, quam ei Dialogo præfixit, satis indicat, qua fide rem agere proposuerit. Narrat enim se propterea Dialogum hunc scripsisse, quod suspectum eum haberent nonnulli, quasi non crederet esse Trinitatem. Cæterum ita suspicionem hanc diluit in isto suo Dialogo, vt si quis dubitasset antea, quod Sanctæ Trinitatis infestissimus hostis sit, læta eius defensione dubitare deinceps non possit. Itaque cum esset sibi conscius eius rei, pluribus verbis in præfatione purgat sese, si non tanta vi probatam à se defensamque esse Trinitatem quanta debuerit, si locos & argumenta, quæ contrà sunt adducta per se ieiunè refutata esse quisque dixerit. Secutus autem est is exemplum

Lutheri  
Emia  
fichinus

plum Lutheri. Nam sicut Lutherus de sacrificio Missæ Sathanam secum disputantem ac multos locos & argumenta proferentem inducit, quibus eam in cōtēptū adducat, & vt abrogetur persuadeat, sic & hic facit in dogmate de Sancta Trinitate, quam in Dialogo quodā, idem qui Missæ sacrificium spiritus grauius oppugnat, simul & Christi diuinitatem & ex Orco reuocat omnia, quæcunq; vel à Praxea, vel ab Arrio, vel ab Eunomio, vel ab alijs hæreticis pridem allata, non semel sunt in Oecumenicis Concilijs condemnata. Quorum præiudicijs, cū victum esse videret aduersarium, auctoritatem eorum, quin & sanctorum Patrum eleuat, nec his armis cum aduersario congregiendū esse censet, neq; præter scripturarum auctoritatem valere quicquam vult, nec aliquid se præter illas & Symbolum Apostolorum recipere profiteatur. Cumque reliqui Sanctæ Trinitatis hostes Nicœnum quoque Symbolum admittere se profiteantur, & hoc iste reiicere videtur.

Victus  
Ochinus  
concilio  
rū autho-  
ritate  
quo di-  
uertit?

tur. Itaq; cùm ad pugnam ventum est,  
 nihil aliud quàm ludos quosdam agit,  
 & quamuis aliud præ se ferat, oppugna-  
 re tamen potiùs Ecclesiæ dogma quàm  
 propugnare videtur. Neque verò con-  
 tentus fuit in hoc dogmate talem se  
 præstitisse, longius etiam progreditur.  
 In penultimo Dialogo Philosopho  
 quendam inducit, qui se religionis om-  
 nis expertem palam professus, non  
 ille quidem prorsus Deum esse negat,  
 quem primum esse motorem concedit,  
 sed eum nec adorandum, nec ab eo præ-  
 sidij quicquam expectandum esse do-  
 cet. Scripturarum etiam quas Canoni-  
 cas vocamus, & quas esse diuina quæ-  
 dam oracula certò persuasum habe-  
 mus, & veritatem & auctoritatem vehe-  
 menter oppugnat. Cui cōtradicit qui-  
 dem Ochynus in speciem, verùm si  
 quis & hunc & alios Dialogos omnes  
 diligenter excutiat, quod à me nō sine  
 magna molestia factum est: non aliud  
 eum credere videbit, quàm quòd spiri-  
 tum & Philosophum loquētes inducit.

Nec ado-  
 randum  
 Deū nec  
 præsi-  
 diū  
 ab eo ex-  
 pectan-  
 dū, Ochi-  
 nus cre-  
 dit in pe-  
 nultimo  
 Dialogo

An autē super hac impietate tanta, terra nō inhorrescat? an cælum etiā ipsum non obstupescat?

Regres-  
sio ad A-  
postro-  
phe.

Iámne vides ô Pinzouia, quorsum tibi res ad extremum redierit. Euangelij tui profectio Epicureismus est, & Atheismus. Dixit aliquando Protagoras, nō liquere sibi num esset aliqua diuinitas: adeò visum est hoc Atheniensibus non ferendum, vt & ipsum è suis finibus expellerent, & in cõcione libros eius, in quibus ista continebantur, exurerent, Tu verò Pinzouia, quem expulerunt hæretici, quem nec ipsi ferrent

Pinzoula  
magis q̄  
Atheniū  
impia.

Ethnici, qui sacra ridet om̄ia, qui Christum Dei filium, & adorandum Trinitatem habet ludibrio, qui Deum nullum prorsus credit, & eum naso suspendit ad unco, in isto colle sublimi, sub isto ligno frondoso tu prosternebaris me-

Ezec. ca.  
16, locus  
Pinzouie  
accõmo-  
datur

retrix. *Fabricata es ô Pinzouia lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuū fecisti in omni platea. Nec facta es quasi meretrix fastidio augens preciū, sed quasi mulier adultera, quæ super vi-*

rum

rum suū inducit alienos. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autē dedisti mercedes cūctis amatoribus tuis, & donabas eis vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum. Factumq; est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis. Et post te non erit fornicatio: hoc est, deinceps omnis fornicatio tui collatione leuior existimabitur. Nam & tulisti filios tuos, ait Dominus Deus, & imolasti dæmonijs ad deuorandum. Quid autem horum, quæ per Ezechielem dicit Dominus, non rectè quadrat in te Pinzouia? An tu nō edificasti lupanar? An nō abominabilem fecisti decorē tuū, & diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas? Nam non solūm fornicata es cum eiusdē gentis hominibus, de quibus hoc tempore nihil esse dicēdum putauī, verum etiam cum exteris, qui vel ex Italia, vel ex Gal

Externi  
fornica-  
tores Pin-  
zouia.



Stancarum, cum Blandratis, cum Gentilibus, cum Lyfmanninis, cum Statorijs, cum Georgijs, cū Ochynis: & nescio quibus alijs foedissimis hominibus. Ut & illud impletum sit in te quod est

**Esai. 57.** apud Esaiã, Dilexisti dormientes tecum, & multiplicasti fornicationem tuã cum eis, & misisti legatos ultra terminos tuos, & humiliata es usque ad inferos. Et

**Ezec. 23.** quod est apud Ezechielẽ: Cùm immolarent filios suos Idolis suis, miserunt ad viros venientes de longè, ad quos nuncium miserant. Itaque ecce venerunt. Ecce venerunt Blandratẽ, venerunt Gentiles, venerunt Lyfmannini, venerunt Ochyni, ecce quomodo per eos humiliata es usque ad inferos, posteaquam adorandã Trinitatem blasphemare, & Christum naturã filiũ Dei esse negare te docuerunt. Quid enim iam superest impietatis, quod ab illis nõ hauseris. Deinde verò si quæstum aliquẽ ex hac fornicatione tua fecisses, quamvis turpe, tolerabilius tamen id fuisset. Nunc autẽ, nõ fuit simplex hæc tua fornicatio, sed sicut  
mulier

mulier adultera, quando super virum suum inducit alienos, mercede cōduxisti qui tecum fornicarentur. Donabas eis vt intrarent ad te, ex omnibus ferè partibus orbis terrarum, etiam ex ipsa Corcyra. In eo quòd dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum in te est contrarium. Propterea meretrix audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus, Quia effusum est æs tuum, & reuelata est ignominia tua in fornicatione tua, super amatores tuos, & super Idola abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum quos dedisti eis. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus cōmixta es, & omnes quos dilexisti cum vniuersis quos oderas: ecce congregabo eos super te vndique, & nudabo ignominiã tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuã. Et iudicabo te iudicijs adulterarũ, & dabo te in sanguine furoris & zeli, & dabo te in manus eorum, & destruent lupanar tuum, & demoliẽtur prostibulum tuum, & denudabunt te vestimen-

Pinzouie  
pro in-  
explebilĩ  
fornica-  
tiõis stu-  
dio pœ-  
na prædi-  
citur.

tis tuis, & auferent vasa decoris tui, & derelinquent te nudam plenamq; ignominia. Et adducent super te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & truncabunt te gladijs suis, & comburēt domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum, & desines fornicari, & mercedes vltra non dabis.

Quam  
studiosa  
olim fue-  
rit Polo-  
nia reli-  
gionis &  
pietatis?

Pinzo-  
uia no-  
men ob-  
scurum.

His ego non meis, verum Domini mei verbis Pinzouiam alloqui malui, quam te Patria mea mihi charissima. Fecit enim hoc pietas erga te mea, & quam parenti meæ debeo reuerentiam, vt hoc te tam turpi nomine non esse compellendam existimarem. Sed quotus quisque est, extra Regnum hoc præsertim, cui Pinzouia nota sit, qui vel nomen illius vnquam audiuerit? quod etiam in ipso regno satis est obscurum. At Poloniæ nomen fuit olim cum primis celebre, propter multa domi forisq; fortiter & præclarè gesta: præcipuè verò, quod posteaquam per sanctos Apostolos tuos Adalbertum & Stanislaum, & qui eos præcesse-

cesserunt, vni viro Christo desponsa es,  
 semper illi te virginem castam exhibuisti,  
 nec vnquam serpentis astutia sensus  
 tuos corrumpi passa es, nec à simplicitate  
 tuorum maiorum excidisti: sed quã se-  
 mel fidem ab illis tibi per manus tradi-  
 tam accepisti, in ea tuenda & conseruã-  
 da, cum primis te fortem & constantem  
 ostendisti: quinetiam vt aliã quoq; fi-  
 nitimã gentes, in eadem qua tu fide, ei-  
 dem vni viro Christo desponderentur,  
 omni ope contendisti & elaborasti.  
 Nondum enim intercesserunt anni du-  
 centi, cum longè lateque patentes  
 Lithuaniz terras, Christo primùm co-  
 pulasti, deinde tuo quoque Regno  
 adiunxisti. Cuius magnum Ducem  
 VVladislaum Jagellonem, alijs qui-  
 dem virtutibus multis insignem, ve-  
 rùm Idololatriã tamen deditum, & à  
**CHRISTI** fide prorsus alienum, ob  
 hanc solam causam tibi Regem elegi-  
 sti, vt ipsum vnã cum Ducatu illo ma-  
 ximo **CHRISTO** lucifaceres. Hus-  
 ius igitur tantæ tuæ pietatis & reli-  
 gionis

Lithua-  
 nia Chris-  
 tum re-  
 cepit.  
 VVla-  
 disl. Iag-  
 gello.  
 Rex.

gionis ergo, fuit olim nomen tuum in orbe toto Christiano longè celeberrimum. Fides tua annunciabatur in vniuerso mundo. Nunc propter istas tãtas abominaciones, tãq; foedas fornicationes, nihil est nomine tuo magis infame. Scio quòd magna tibi fit iniuria, cùm paucorum crimẽ ad nationem refertur vniuersam. Constat enim quòd multis partibus plures sint, in omnibus ordinibus Regni, qui cui semel desponsi sunt, castam adhuc se virginem exhibent Christo, nec à simplicitate maiorum suorum exciderunt: quibus etiam est mortis instar, hæc audire, de foedis fornicationibus istis, quæ toti gèti tam turpem inurunt maculam. Sed quid vis patria mea dulcissima: Pinzouia nomen prorsus apud exteros obscurum, neque mas an foemina sit, quisquam scire laborat. Quicquid abominacionum & fornicationum est in eo lupanari, in Polonia id esse peruulgatur. Polonia dicitur à CHRISTI fide desciuisse, & à simplicitate maior

Rom. i.

Poloniae  
iniuria.Polono  
rũ igno-  
minia  
apud ex-  
teros Pin-  
zouia est  
acusa.

maiorum suorū excidisse. Polonia modò cum hoc, modò cum illo fornicari, & quasi mulier adultera, super virum suum alienos inducere, ac suos amatores subinde mutare, palàm renūtiatur. Polonia legatos etiam suos ad viros de longè venientes mittere, & eis mercedem dare, vt intrent ad eam vndiq; ad fornicandum, affirmatur. Denique Polonia sentina quædam & Asylum hæreticorum omnium, ab ipsis etiam hæreticis appellatur. Quòd si mihi non credis, lege præfationem, quam ad quosdam viros nobiles in hoc regno scribens, responsioni suæ contra Stancarum Sinilerus Tigurinus nescio quis præfixit: Quam etiam habes in maternam linguam conuersam. Quæ maior turpitudò? quæ potest esse maior infamia, quàm sit hæc?

Fuit ante triennium Posiacci conuentus habitus, in florentissimo quondam Gallix regno, qui maiorem illi, quàm facilè credi queat calamitatem attulit. nouo more quodam, & hætenus apud

Polonia  
sentina  
& asylū  
hæretico-  
rum, etiā  
ab hære-  
ticis ap-  
pellatur

In con-  
uentu  
Posiaco  
Beza ig-  
nomini-  
am inus-  
sit Polo-  
nis im-  
meritòs

Michaël  
Fabriti<sup>9</sup>.

Catholicos inaudito, fuit actum in eo de causis ad religionem pertinentibus. Aderat ibi Theodorus Beza, qui, cum præsens adesset Rex puer, & Regina mater, cum Episcopis ac Regni proceribus plurimis, ausus fuit blasphemam vocē hanc emittere: tam distare Christi corpus ab Eucharistia, quàm cælum à terra. Quæ tanto cunctorum fremittu excepta fuit, vt is vehementer percussus propemodum exanimaretur.

Blasphemia Bezae.

Cùm ad alteram collationem, aliquot post diebus ventum fuisset, idem Beza, quò maiorem sibi conciliaret auctoritatem, fortassis etiam, vt auditorio quod erat amplissimum atque nobilissimum, terrorem aliquem incuteret, ibi se stare iactabat, nomine Heluetiorum, Germanorum, & Polonorum. Non dixit ille nomine Pinzoüensium, sed Polonorum. Cùm tamen si quod ea de re mandatum habuit, non à te patria mea charissima, sed à solis filijs desertoribus, à Pinzoüensibus habuit. Nam tu Posiacum illum

lum conuentum, pro tali nunquam agnouisti, cuius te iudicio subijcere velles, quacunq; tandem de re. Nam præter Pontificem & Regem tuum, nulli te mortalium debere subiectionē profiteris. Quod etiam palàm es testata, misso ad Oecumenicum Concilium, quod fuit auctoritate Pij quarti Pōtificis Romani, sub illud ipsum tempus Tridenti congregatum, Oratore, viro non magis maiorum suorum, quàm suis ipsius virtutibus illustri, Valentino Herborto Episcopo Præmissiensi, qui sic & Regis & Regni personam in eo loco sustinuit, vt amaretur ab omnib. & omniū caluulo vehemēter ꝑbatus inde discederet. Nunc vide q̄ hoc honestum tibi fuerit, in eo Regno, cui tu subiectionē debes nullam, quendā se iactasse, quod ibi nomini tuo staret. At, q̄ vir fuit ille? Sicut is qui missus est à te, cum aliarum virtutū, tum continentię laude, ꝑ cæteris est insignis: sic ille vitā suā omnē in lustris & ganeis, & in omni genere libidinis traduxisse, fide dignis testib. ꝑhibetur.

Valent.  
Herbor-  
tus Epi-  
sco. Præ-  
missien-  
sis Ora-  
tor ad  
Conciliū  
Triden-  
tinum.

Bezæ ira-  
pietas.

Ac



Ac indicat hoc etiam Epigrammatum liber, per eum editus ac typis mādatus, in quo Catullos, Tibullos & martiales, lasciuia petulantiaq; sua, si non superare saltem æquare videtur. Qui cū in conuentu illo ea verba pronunciaffet, quæ paulò antè commemorauī, tam distare Christi corpus ab Eucharistia, q̄ cælum à terra, lepidè quidam è sodalibus eius dixisse fertur: Quomodo credat esse Christi corpus in Eucharistia, qui vix in cælo Deum vllū esse credit? Cuius etiam nefarium facinus, ad aures tuas procul dubio peruenit, quemadmodum ducem illum fortissimum, & eundem pietate præstantem Guisū, qui dum prælia Domini præliabatur in Gallijs, cum alia ratione vinci non posse videretur, summisso sicario, non magis nomine quàm re ipsa poltrono, per summum scelus, proditoriè confodiendum curauit. Nec satis habuit, hoc tantum facinus patrasse, verum etiam edito libello parricidium hoc defendere, laudare, tituloq; pietatis ornare veritus non

Lepidè  
dictum  
in Beza

Guisus  
Dux in-  
terfectus  
Beza mi-  
nisterio.

non est. Quin & insidiatoris illius, tam horrendum flagitium, cum facto Moy-  
 sis qui Aegyptum, & Davidis qui  
 Goliath interfecit, comparare, & cum  
 quod meritis erat supplicium, de scele-  
 rato sicario sumptum fuisset, Poltro-  
 num inter Martyres referre non du-  
 bitavit. Potest ne scelus aliquod atro-  
 cius cogitari? Sed maius etiam aliud au-  
 di. Non fuit ille contentus, tam imma-  
 ne factum parricidæ laudasse, verume-  
 tiam alios ad imitandū illud eius exem-  
 plo accendit, ac fas esse docet fallere fi-  
 dem, heris insidiari, & eos quoquo mo-  
 do tollere: iuxta illud, Dolus an virtus  
 quis in hoste requirat. Sic ille quod  
 nulli quamlibet barbari latrones fece-  
 runt vnquam, inter perfidiam & strata-  
 gema, nihil vult interesse. Grande faci-  
 nus est corrumpere seruum, subornare  
 percussorē, & pacta mercede ad scelus  
 impellere, & est res exēpli pessimi, ma-  
 ximoq; cum publico periculo coniun-  
 cta. Nam cuius vita poterit esse tuta, si  
 necesse fuerit etiam à domesticorū insi-  
 dijs

Poltro-  
 nus à Be-  
 za inter  
 Marty-  
 res rela-  
 tus.

dijs metuere? Sed quanto grauius crimen est, tantum hoc latrocinium opinionone religionis confirmare? Factum est hoc à Beza. Tamen hoc tale monstrum, tot stupris, adulterijs, sacrilegijs, paricidijs infame, stare se dixit in conuentu Posiaco Polonorum nomine.

Quid ad existimationem tuam, patria mea charissima, tibi turpius accidere potuit? Talem à te procuratorem constitutū esse, qui coram eo Rege, cui subiecta non es, coram tot Regum & Principum oratoribus, coram flore totius Galliaë causam tuam ageret? An illud iam euenisse tibi non vides, quod per Ezechielem Prophetam Dominus fuerat comminatus? Congregabo omnes amatores tuos, quibus commixta es, & omnes quos dilexisti, cum vniuersis quos oderas, & congregabo eos super te vndique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam. An in illo celebri conuentu, vbi bona pars orbis totius Christiani praesens aderat, non fue-

fuerunt congregati amatores tui? non fuit nudata ignominia tua? non viderunt omnes turpitudinem tuam? Sat scio minimam eius rei culpam esse penes te, nam si fuit Patronus constitutus Beza, non à te, sed à paucis alijs nimirum Pinzouiensibus fuit procurator constitutus. Sed interea tamen tua fuit ignomini, atua fuit hæc turpitud. Polonorum Patronum esse palàm se iactabat monstrum illud tot flagitijs infame. Quo si Patrono fuit vsa Pinzouia, fuit re vera dignum patella operculum. Nam tale Euangelium, alium habere Patronum non merebatur.

Sed nec de nihilo tamen est, quod in tam celebri conuentu, tuum se esse Patronum iactabat Beza. Nam cùm quidã ex ordine equestri consulerent sub mole Beelzebub Deum Accaron, & nunc ad Tigurinos, nunc ad Geneuenses, nunc ad nescio quos alios nuncios mitterent, quasi non esset Deus in Israël, à quo rectius consilium peti potuerit, fere-

Concilla  
quorundam  
Polonorum  
à Tiguri  
nis atq;  
Geneuensibus  
petita igno  
minie to  
tius Polo  
nie  
causa.  
4. Reg. 1.

Respōsa  
Geneuē.  
sū Cra-  
couij ty-  
pis excu-  
sa.

ferebantur ab illis responsa, quæ Magnificis, Generosis ac Nobilibus Dominis Polonis scribebātur, quæ simul ut lecta sunt, haud aliter quàm si diuina quædam essent oracula, recipiebantur à multis: quinetiam typis in ipsa Regia, quæ caput est regni, Ciuitate Cracouensi mandabatur. Non ea modò lingua qua scripta fuerūt, verumetiam in linguam vernaculam translata, ac longè lateque passim in orbe Christiano spargebantur. Quæ cùm ab exteris quoq; legerentur, quantam infamiam nomini tuo attulerint, quàm turpem tibi fornicationis notam inusserint, etiam tacente me, conijcere facilè potes. Ea res animum addidit Bezæ, ut auderet in tam celebri conuentu, quod ibi nomine Polonorum staret, se iactare.

Helue-  
tius nul-  
lū inter  
Nobilē  
& Plebei-  
um di-  
scrimen.

Quis autem est qui nō obstupescat, viros Nobiles, ab his populis consilia petere, quibus nulli magis vnquam infesti nobilitati fuerunt? Cuius quæ sit apud Heluetios ratio, & quemadmodum in ordinem omnes coëgerūt, extirpa-

tirpata nobilitate, non te fugit procul  
 dubio. Sed & Geneuæ, simul vt ibi re-  
 gnum sibi Calvinus vsurpauit, princi-  
 pis iugum excussum, Magistratus ciui-  
 tate pulsus, & de equestri ordine idem  
 est, quod apud Heluetios constitutum,  
 nullum vt inter Nobilem & Plebeium  
 discrimē habeatur. Itidem cū Lugdu-  
 num & Rothomagum occupasset secta  
 hæc, magistratus eiecit, iudiciorum sub-  
 sellia fregit, tabulas incendit, curiæ no-  
 men abrogauit, in eo seniores duode-  
 cim pro iudicibus sedere, & alijs legi-  
 bus, alio ritu, alia veste, alio pileo iudi-  
 care voluit. Cabilloni verò, conuen-  
 tu, quem appellare synodum visum il-  
 lis fuit, habito, decretum ab illis est &  
 cōstitutum, vt cum primum liceret, v-  
 niuersi fratres coniūctis viribus ad tres  
 orbis terrarū pestes siue quisquillas ex-  
 terminandas concurrerent: nimirum  
 Pontificiam Ecclesiam, nobilitatem, &  
 iuris disciplinā. Papisticum enim esse,  
 & à pura religione penitus alienum, vt  
 quidam in Repub. dignitatum gradus,

Nobilitas  
 quibus in  
 locis loca  
 suo  
 & ordi-  
 ne mota  
 Hæreticū  
 nobiliū  
 ædes di-  
 ruerunt  
 & incen-  
 derunt

personarumque ordines, ac discrimina  
 ponerentur: quandoquidē Deus cun-  
 ctos homines, rege vno dempto (hunc  
 enim ad aliquod tempus excipiendum  
 putauerunt) potestate pari & iure opti-  
 mo esse voluisse. Itaque non ita mul-  
 tō pōst, in Matisconensi solo nonnul-  
 las nobilium virorum ædes, ipsi clien-  
 tes eorū, huiusce Synodi opinione im-  
 buti, diruerunt, & complures exusse-  
 rūt. Et ab illis isti consilium in causa sa-  
 lutis petere malūt, quos infensissimos  
 esse Nobilitatis hostes exploratum ha-  
 bent, quàm ab his, quos, cū ex eo-  
 dem sint ordine, fratres suos appellāt:  
 propter paternam verò sollicitudinem,  
 in cuius partem vocati sunt, vt eorum  
 rāquam liberorum suorum saluti pro-  
 spiciant, & vt peruigilent, quasi ratio-  
 nem pro animabus ipsorum reddituri,  
 Patrum eos appellatione dignantur.  
 Quibus etiam vt obedirent & subia-  
 cerent, & si quid oriretur ambiguita-  
 tis, ex eorum ore legem vt requirerent,  
 à D E O præceptum est. Sed fortassè,  
 pa-

Nobiles  
 quidam  
 Poloni  
 ab ho-  
 stibus  
 nobilita-  
 tis confi-  
 lia petūt

Hebr. 13.

Mala. 2.

parum eis idonei videntur ad quos referant, quod esse minus exercitatos in lege diuina persuasum habeant. Atqui si vnquam antea, nunc in isto Patrum ordine reperire non paucos licet in Polonia, viros doctrina pietateque præstantes, ad quos rectius, quam ad illos filios alienos de dogmatibus referre potuissent.

Polonia  
doctis vi-  
ris abundat.

Verùm demus hoc illis, quòd quantam ab eis ipsi requirunt, doctrina non abundant. At congregatum nuper Tridenti fuit Concilium Oecumenicum, ad quod ex orbe toto Christiano, quotquot in eo sunt viri sacrarum literarum doctissimi, vocati venerunt. Vocati sunt autem & hi, qui segregauerunt seipfos, data est illis fides publica, qualè expetiuerunt ipsi, nullū vt eis fuerit periculum pertimescendum. Res est admiratione digna, q̄ cum suis eò miserit Oratores Imperator, miserint reges omnes Catholici, nullo prorsus excepto, miserint etiā Principes aliquot: à solis illis, quorū causa Consiliū illud

Conciliū  
um Tri-  
dentinū  
propter  
deserto-  
res Eccle-  
siaz maxi-  
mè con-  
gregatū.



maximè fuerat congregatum, vt mor-  
 bis eorum aliquam adferre medicinam  
 posset, nemo prorsus missus cōparuit.  
 Quale autē est hoc per Deum immor-  
 talem, si quis de dogmate dubitet, ad fi-  
 dem Catholicam pertinente, quod in  
 hæreticorum angulo quopiam, de eo  
 doceri malit, quàm in Oecumenico,  
 (quod Catholicā Ecclesiam repræsen-  
 tat,) Concilio: cū tamē æquē vt nos,  
 isti filij desertores Catholicam Eccle-  
 siam, non Tigurinam, neque Geneuen-  
 sem in Symbolo, quod idem vtriq; re-  
 citamus, credere se profiteantur? Sed  
 non potest non esse verissimum, quod  
 à veritate dictum est: Omnis qui malè  
 agit odit lucem, & non venit ad lucem,  
 vt non arguantur opera eius. Qui au-  
 tem facit veritatem, venit ad lucem,  
 vt manifestentur opera eius, quia in  
 Deo sunt facta. Fures tenebras quæ-  
 runt, quales isti sunt, qui non corrupti-  
 bilia aurum & argentum, verùm ani-  
 mas precioso CHRISTI sanguine re-  
 demptas, furantur, & à Christi ouili ab-  
 ductas

Ioan. 3.

Hæretici  
 pernicio-  
 si fures.

ductas maſtant. Nolunt iſti ſapientiam <sup>Proue. 9.</sup>  
 audire, quę miſcuit vinum, & propoſuit  
 menſam ſuam palàm, & miſit vt voca-  
 rēt ad ſe tranſeuntes: ſed ſe mulieri ſtul-  
 tæ, & clamofæ, plenæq; illecebris, & ni-  
 hil omnino ſcienti, (talem enim Salo-  
 mon hęreſim depingit) dicto potius au-  
 dientes præbent, quæ ſedet in forib. do-  
 mus ſuę, vt vocaret tranſeuntes per viã,  
 & pergētes in itinere ſuo. Quis eſt par-  
 uulus? declinet ad me. Et vecordi locu-  
 ta eſt, Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, &  
 panis abſconditus ſuauior. Quãnam a-  
 lia re magis, quàm ſint vecordes, orbi  
 planum facere potuerunt vniuerſo, q̃  
 quòd ſtultam hanc mulierē, clamofam,  
 plenam illecebris, & nihil omnino ſciē-  
 tem audire, ac apud eã aquas furtiuas,  
 & panes obſconditos, tanquam dulcio-  
 res & ſuauiores, nunc Tiguri, nunc Ge <sup>Aquæ  
furtiuæ  
dulcio-  
res.</sup>  
 neux bibere & manducare maluerunt,  
 quàm comedere panem illum cæleſtē,  
 omne delectamentum in ſe habentem,  
 & bibere cum iocūditate vinum, quod  
 ſapientia Tridenti miſcuit: miſſis ancil-

Esai. 6.

Quid im-  
primis  
deserto-  
res mo-  
dèrni ti-  
meant.

lis suis, vt vocarent ad arcem, & ad inœ-  
nia Ciuitatis, vbi publicè mēsam suam  
proposuit, & omnibus qui venerunt,  
fruendam dedit? Verùm est & hæc gra-  
uissima peccati pœna. Nam euenit il-  
lis, quod dixit Esaias : Excæcauit ocu-  
los eorum, & indurauit cor eorum, vt  
non videant oculis, & intelligant cor-  
de & conuertantur, & sanem eos. Ni-  
hil magis metuere videntur, extremè  
væcordes isti, quàm ne conuertantur  
& sanentur, sic excæcauit malitia cor  
eorum. Itaque confugere malunt ad  
Beelzebub, qui diuidit inter fratres, &  
ad ministros eius, quos opera Beelze-  
bub inter se diuisos esse constat, quàm  
ad eos, qui, cùm DEVM pacis & di-  
lectionis colant, nulla de re solliciti  
sunt magis, quàm vt seruent vnitatem  
spiritus in vinculo pacis. Hanc vnita-  
tem velis, quod aiunt, remisque fugi-  
unt : hanc oderunt cane peius & an-  
gue: ad hanc ne quâdo reduci possunt,  
omni studio sibi cauendum esse, cen-  
sent.

Est

Est autem & hoc manifestius, quàm vt inficias ire quisquam possit, quòd inter Tigurinos & Geneuenses, de nonnullis minimè leuib. dogmatibus, graues admodum sunt dissensiones. Nam blasphemias Caluini, qui mali siue peccati Deum facit auctorem & impulsorem, & qui docet absoluta necessitate fieri omnia, aded sibi non ferendas esse Tigurini putauerunt, vt hos illius errores, exustis etiam libris eius quibus eostuebatur, ante duos annos, publicè damnarent. Quod idem à Bernensibus quoque factum esse scimus, quin & libellus, quem ediderat, posteaquam vstulatus ab eo fuit Seruetus, quo conatus est ostendere, hæreticos iure gladij coërcendos esse, quamuis nihil in hac doctrina sit, quod reprehendi merito queat, ab vtrisque tamen similiter est reprobatus. Denique vt alia silentio præteream, etiã de ipso venerabilis Eucharistiæ Sacramēto, non satis inter Tigurinos & Calvinū conuenit. Quamuis enim cōsentiant in hoc, q̄ Christus

Tigurini & Geneuenses inter se dissidēt.

Libri Caluini à Tigurinīs damnati & exusti.

Tigurini cum Caluino de Eucharistiæ Sacramēto non conueniunt.

in eo præfens non adsit, tamen quid oporteat credi de cœna Dominica, & qui sit sensus horum verborum : Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, minimè leuis est inter eos controuersia. Nam cùm inter Lutherum, qui in pane & sub pane corpus CHRISTI substantialiter & realiter esse contendebat, & Zvinglium, qui signum tantùm & figuram esse dicebat, ingens exorta fuisset disceptatio, vltro sibi Caluinus hoc sumpsit, vt iudicè inter vtrunque se constitueret : nec magis Lutheri quàm Zvinglij sententiã damnauit, & suam quandam attulit, nouam & à seculis inauditam. Docuit enim panẽ & vinum in mēsa proposita, nihil aliud esse, quàm arrabonem & sigillum, omnes promissiones à Christo nobis factas cõfirmans & stabiliens. Docuit autem sine scripturarum, sine Patrum, sine collegarum etiam suorũ auctoritate. Cordis tamen sui visionem hanc, tanquam diuinum oraculum recipi contēdebat. Quã quidem re non magis Lutherum, quàm

Caluinus  
Lutheri  
& Zvinglij  
sententiã  
de Eucharistia  
Sacramentò  
damnauit.

Caluini  
sententiã  
de Eucharistia  
Sacramentò

quàm ipsam etiam scholam Tigurinam offendit: quæ cùm Vlricum Zvvinglium, tanquam cæleste numen aliquod colat, minimè ferendum illi visum est, quod eum reprehendere Calvinus, & præter omnem scripturarū ac Patrum auctoritatem, nouam suā auderet opinionem adferre.

Talis igitur cùm sit inter istos discordia, quæ (malum) est hæc væcordia? qui stupor? quæ mentis cæcitas? quod Schola Pinzouiensis, ab illis potius varietatem opinionum, quæ in ipsa exorta est, ac dissensiones tolli petit, qui non modò cum Ecclesia, verùm & inter se, quin & secum ipsi, non rarò pugnant, quàm à terra labij vnus, & eorundem sermonum, vbi multitudinis credentium fuit cor vnum & anima vna, hoc est à Ciuitate Tridentina, cuius participatio fuit in idipsum. Certè quòd Catholicum & Orthodoxum dici debet, non ab vna parte aliqua, nec in vno angulo aliquo, sed ab orbe Christiano comprobari debet vniuerso, à

Pinzouien.  
cñ. væcordia.

N 5 quo

quo si quis dissentit, Catholicus dici nulla ratione potest: sed nec dogma rectè vocatur Catholicum, quod ab illo non est approbatum. Nonne profite-  
mur omnes in Symbolo, nos credere sanctam Ecclesiam Catholicam? Cur igitur isti, qui labijs tantùm idem nobiscum Symbolum profitentur, in angulos quosdam repere malunt, quàm Ecclesiæ Catholicæ, quam Concilium Oecumenicum repræsentat, iudicio suas controuersias cognoscendas permittere? Quid autem est aliud hæreticum esse, quàm vltro per summum sacrilegium, ab Ecclesia Catholica se diuidere, nec illius iudicio stare, sed somnia sui capitis sequi malle, nouam aliquam opinionem eligere, quam pertinaciter etiam tuearis ac defendas, nec vllis ab ea rationibus dimoueri te patiaris? Verùm hæc nunc hac quidem de re dicta sufficiant.

Ecclesia  
Catholi-  
ca.

Hæreticū  
esse quid  
sit.

Adhor-  
tatio po-  
lonorū  
ad vni-  
tatem reli-  
gionis.

Magna fuit hæc ignominia patria mea charissima, magna totius gētis infamia, qua te filij desertores isti affecerunt,

runt, quæ meritò tibi dolenda venit. Sed vehementer metuo, ne sint hæc initia tantum dolorum, néue multo grauiora te maneant infortunia, quæ passim Dominus per suos Prophetas terribiliter denunciât, nisi reditum eò fuerit, vnde discessum est, Separationis consilia quàm horrendum semper exitum habuerint, quantum exitium attulerint, nemo est qui nesciat: cùm nullum peccatum fuerit vnquam designatum, quod grauiore supplicio Deus esse censuerit vindicandum. Documento sunt Core, Dathan, & Abyron, qui, quamuis eundem cum Aaron Sacerdote & Moyse DEVM nouissent, patrique lege & religione viuentes, vnum & verum DEVM, qui colendus atque inuocandus fuerat, inuocassent, ob hoc solum facinus, quod seorsum sacrificabant, quodque loci sui ministerium transgressi, contra Sacerdotem Aaron & Moysen insurgentes, se ab illis segregauerant, hiatu

terrae

Separationis  
crimen  
grauissimo  
supplicio  
vindicatum  
semper.  
Num. 16



terræ absorpti, ac deuorati, poenam statim sacrilegæ audaciæ perfoluerunt. Nec soli illi, sed & cæteri ducenti quinquaginta, qui eis Comites ad audaciam fuerunt, prorumpente à Domino igne, consumpti sunt. Documento sunt etiam decem Tribus illæ, quæ à Tribu

3. Reg. 12.

Iuda & Benjamin scissæ sunt, & relicto Rege, alterum sibi foris constituerant: Et indignatus est, inquit, Dominus in omne semen Israël, & dimouit eos, & dedit eos in direptionem, donec abijceret eos à facie sua, quia dissipatus est Israël à domo Dauid. Indignatum esse Dominū dicit scriptura, & eos in perditionem dedisse, quod ab vnitate dissipati essent. Et tanta indignatio Domini extitit aduersus illos, qui Schisma fecerant, vt etiam cū homo Dei ad Hie roboam missus esset, qui ei peccata sua

3. Reg. 13.

exprobaret, atq; vltionē futuram prædiceret, panem quoque apud illos edere, & aquam bibere vetaretur. Quod cū non custodisset, & contra præceptum Dei prandisset, statim diuinæ censuræ

furæ maiestate percussus est, vt inde regrediens, impetu ac morsu leonis in itinere necaretur. Ex eo facile quiuis perspicere potest, quantopere Deus consilia separationis execretur, quantaque digna censeat animaduersione, qui nec illum quidem impunè ferre uoluerit, qui panem eum eiusmodi comederat. Sed quid opus est prisca commemorare, quasi recētiora nobis exempla desint? Quem in Germania, quem in Anglia, separationis consilia fructum attulerint, si minus oculis ipsi uidimus, saltem auribus nostris audiuius. Verùm si quibus & hæc minus esse recentia videntur, quid proximus annis acciderit in Gallix florentissimo quondam Regno, quis est qui nesciat, aut fictis oculis cōmemorare queat? Posteaquam in eo quidam sacrilega separationis cōsilia sunt amplexi, quas Regnum illud calamitates non pertulit? quibus cladibus affectum non est? An terras illas videre non licuit, promiscuis inno centum cædibus redundantes? Vxo-

Fructus  
schisma-  
tis in  
Gallijs  
qui fue-  
rit.

Crudeli-  
tas noua  
torum in  
Gallia  
immania  
tatē bar-  
barorum  
superat.

res in virorū, virgines in matrum sinu  
 constupratas, & iugulatas? infantes ab  
 vberibus matrum ad cædem tractos?  
 prægnâtes mulieres viuas incisas? ho-  
 nestissimos viros per summam crudeli-  
 tatem interfectos? raptata cadauera, la-  
 niata, canibus obiecta, in flumen præci-  
 pitata. Quidam etiam Catholici Sacer-  
 dotes in crucem illam acti fuisse com-  
 memorâtur, in qua simulachrum Chri-  
 sti crucifixi pendebat, vt vnus à dextris,  
 alter à sinistris poneretur. Pater con-  
 tra filium, filius contra patrem, parrici-  
 dialia sumpsit arma, vt in sua ipsorum  
 viscera sæuire visi fuerint, Tantum sce-  
 leri datum est iuris, vt naturæ quoque  
 leges rumperentur, nec eis loci quid-  
 quam superesset. In ipsas etiam res ina-  
 nimas crudelitatem suam exprompserūt.  
 Testantur hoc templorum euersorum  
 parietinæ, ossa Principum eruta, San-  
 ctorū reliquiæ Martyrum, è sepulchris  
 effossæ. Et illius inter cæteras, cuius in  
 orbe toto Christiano cum primis cele-  
 bris est memoria, Martini Turonensis  
 epif-

Sepul-  
 chra sã-  
 ctorum  
 ab hære-  
 ticis vio-  
 lata.  
 Hier. 8.

episcopi ossa & cineres per summum sacrilegium rapidis ludibria ventis proiecta: quibus barbarorum ferocitas olim pepercit. Ut impletum esse videatur, quod scriptum est apud Hieremiam: In tempore illo eicient ossa Regis Iuda, & ossa Principum eius, & ossa Sacerdotum, & ossa Prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Hierusalem è sepulchris. Atqui tanta fuit apud Ethnicos religio sepulchrorum, horrendum ut sacrilegium id esse iudicarent ea violare. Nulli fuerunt vnquam barbari tam immanes, quos immanitate crudelitateque sua non isti superauerint, qui suum hoc Euangelium, quod primus illius auctor presago corde sitire sanguinem dicebat, per hanc viam propagare conabantur, quæ fuit longè ab ea diuersa, quin ei potius aduersa, qua incedebant duodecim illi Christi Apostoli, qui suum non alienum sanguinem fundendo, Christi Euangelium per totum orbem disseminarunt. An autem horrèdi, ac modis

Sepul-  
chrorum  
religio  
apud eth-  
nicos.  
Aposto-  
li suum,  
non alie-  
num san-  
guinem  
funde-  
bant.

omni-

208: CATHOLICA CENSURA  
omnibus abominandi non sunt huius  
noui fructus Euangelij?

Dehorta  
tio Polo.  
norum  
à scisio-  
ne in re-  
ligione.  
Ephe. 4.

Gal. 1.  
Ephe. 2.

Quamobrem agite per Deum im-  
mortalem, fratres charissimi, quorum  
exitus perhorrescitis, eorum imitari fa-  
cta ne velitis: ne sitis paruuli fluctuan-  
tes, ne circumferamini omni vento do-  
ctrinæ in nequitia hominum, in astutia  
ad circumventionem erroris. Quod se-  
mel à sanctis maioribus vestris, per ma-  
nus vobis traditum accipistis, ab eo vos  
in aliud Euangelium trāsferri ne patia-  
mini. Cōsistite firmi in lapide angulari  
Christo, in quo ædificati sumus in habi-  
taculū Dei in Spiritu sancto. Sicut ille  
diuisus nō est, sic nec vos diuidi velitis,  
& ab ipsius corpore separari. Cōtinete  
vos in arca, ne pereatis regnāte diluui-  
o. Manete in Petri nauicula, ne fluct' vos  
absorbeant. Perseuerate in ouili Eccle-  
siæ, ne fiatis præda lupis. Qui verò iam  
aberrastis à recta via, & serpentis astu-  
tia seducti, à simplicitate maiorum ve-  
strorum excidistis, oramus vos & obse-  
cramus, per viscera misericordiæ Dei,  
cùm

cum Domini vocem audieritis, nolite obdurare corda vestra. Conuertimini ad me, ait Dominus, & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israel? Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus, Reuertimini & viuite. Quid hac sponsi voce dulcius, quid esse potest suauius? Quibus autem verbis magis exprimere potuit mansuetudinem, benignitatem, clementiam & misericordiam suam ineffabilem? Est re vera sponsus hic noster, à quo vos discessistis, benignus & misericors. Est patiens & multę misericordię: Est præstabilis super malitia. Nihil faciet libentius, quàm vt omnium iniquitatum, omnium præuaricationum, abominationum, & fornicationum vestrarum obliuiscatur, simul vt reuersi fueritis. Nam hoc etiam se facturum promittit

O apud

Ezech. 18  
Hiere. 3.

apud eundem Prophetam : Si impius, inquit, egerit pœnitentiam, omnium impietatum eius, quas operatus est, non recordabor. Et apud alium Prophetam: Tu fornicata es, inquit, cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me. Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere, saltem à modò voca me. Pater meus, dux virginitatis mee es, tu. Nunquid irasceris in perpetuū, aut perseuerabis in finem? Reuerte re auersatrix Israël, & non auertam faciem meā à vobis, quia misericors ego sum, dicit Dominus. Et non irascar in perpetuum. Conuertemini ad me filij vagi, dicit Dominus, quia ego vir vester & assumam vos. Vtinam autem eiusdē Prophetæ verbis, quæ paulò pòst sequuntur, vos respondentes audiamus: Ecce nos venimus ad te. Tu enim es Dominus Deus noster. Verè mendaces erant colles, & multitudo montiū, verè in Domino Deo nōstro salus Israël. Quàm lætus ille nobis dies illucesceret, quo vos ita dicentes audire, simul  
vndè

vnde discessistis, eò reuersos videre nobis liceret. Vel sola vox hæc ad iram Dei placãdam, & ad illius gratiã recuperandam sufficere vobis posset: cùm præsertim tanta sit illius benignitas, vt prior sit ad ignoscendum, quàm simus nos ad veniam ab illo, qua oportet fide, petendam.

Sed hic quosdam ex vobis dicentes audire mihi videor. Quónam reuerti nos iubes? ad Papatum? Nónne vides, quæ sint in eo scelera, quales pastores habeat? quam sui gregis curam gerant? A planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas. A minimo vsque ad maximum omnes auaritiæ student. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ IESV CHRISTI. Vetus est hæc querela. Atque vtinam non verius hæc dici possint hoc nostro sæculo, quàm quo dicta fuerunt. Sed hæc tamen iusta causa non est, quam obrem secessionẽ aliquis facere debeat. Etiam illi ipsi quorum hæc verba sunt,

Hæreticorum  
obiectio  
contra  
Papatũ.  
Esaia 1.



2. Tim. 2.

Clemens  
lib. 2. ca.  
15. consti-  
tut. apo-  
stolica-  
rum.

Contra  
litteras  
Petiliani  
lib. 3. ca.  
3.

non se propterea segregauerunt ab illis de quibus hæc scripserunt. Cognitione Dominus qui sunt eius, dicit Paulus : Recedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen **D O M I N I**. Non dixit, Recedat ab iniquorum & malorum cõmunione, sed recedat ab iniustitia, recedat à peccatis eorum : quibus si per consensionem non communicauerit, etiam si societatem eorum corporaliter nõ deseruit, securus est, nec ei quidquam peccata præiudicant aliena. Præclarè scriptum est à Clemente, Vnusquisque de suis operibus rationem est redditurus. Nam neque Noë pro mundo poenas pendit, neque Loth pro Sodomitis igne flagrauit, neq; Raab pro Hyerichunte interfecta est, neque Israel pro Aegyptijs. Non enim, si cum iniquis habitent, ea res condemnat iustos : sed si consentientem cum illis voluntatem habeant. Quamobrem piè monet Augustinus, tollerandã potius propter bonos esse commixtionem malorum, quã violãdam propter malos charita-

ritatem bonorum. Nihil est charissimi,  
 quod in hac lachrymarum valle, glo-  
 riosam illam Ecclesiam exhiberi posse  
 putetis, non habentem maculam aut  
 rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit  
 sancta & immaculata. Cælestis illius  
 Hierusalem hæc est gloria, non huius  
 terrenæ, de qua nihil verius dicitur,  
 quàm quod omnes declinauimus, &  
 mutiles facti sumus: & in multis offen-  
 dimus omnes. Quò libentiùs alter al-  
 terius onera portare debemus, vt sic  
 adimpleamus legem Christi, suppor-  
 tantes inuicem in charitate. Quantò  
 verò maior & sublimior est potestas  
 aliqua, tantò magis illius onera portan-  
 da sunt in charitate. Nam aliter Spi-  
 ritus vnitas retineri non potest in vin-  
 culo pacis. Obedire præpositis iubet  
 Paulus: etiam discolis parère præcipit  
 Petrus. Et qui fuit magister vtriusque  
 CHRISTVS: Quæ dixerint vobis faci-  
 te, ait, quæ autem faciunt ipsi, facere  
 nolite: dicunt enim & non faciunt.  
 Certum est, quod Sathanæ tentatio-

Ephe. 5.

Ecclesiæ  
militan-  
tis onus  
& officium.

Psal. 13.

Eccle. 6.

Ephe. 5.

Philip. 3.

1. Pet. 2.

Matt. 23.

nibus nulli sunt magis obnoxij, quàm qui cum summa potestate versantur, siue secularis ea sit, siue spiritualis.

Cùm autem illorum opera fiat, vt spiritus vnitas in vinculo pacis conseruetur, quam testamento nobis Christus legauit, atque vt quietam & tranquillam vitam agamus, tanto minùs grauatim ferre debemus, eorum onera, quandoquidem hoc ex illis tantum ad nos commodum redundat. Quin-

**A**ffinguntur plurima ab hæreticis.

**P**icardorum doctrina contra Magistratus.

etiam non statim omnibus est fides adhibenda quæ narrantur. Affinguntur enim plurima, & sunt hac in parte minus foelices ij, qui cum aliqua maiore potestate versantur, vt quantò locus eorum est, & fortuna sublimior, tantò minus omnibus satisfacere, tantò minùs multorū vocularas effugere queant, vt non sine caussa celebretur dictum illud: Regnum est malè audire, etiam cùm bene feceris. Picardorum hæc fuit doctrina, siue quis eos fratres VValdenses appellare malit. Quod nullus est Dominus ciuiliſ, nullus est

Præla-

Prælati, nullus est Episcopus, dum est in peccato mortali, sed eam tanquam seditiosam, quamuis à Ioanne <sup>Ioan:</sup> <sup>V</sup>Vicleff approbatam, non solùm in Ecclesia Catholica in Synodo Constantiensi congregata, verùm & ipsi nostri temporis hæretici condemnarunt. Sic enim ea de re scribit, qui primus fuit memoria nostra hæreseon Architectus: Hæc ideo, inquit, commemoro, ne Picardi nostri vicini hæretici, infœlix populus, qui foetore Romano gaudet, sicut Pharisæus super Publicanum, non autem compatitur: ne inquam illi nos crederent nescire vitia & & labes nostras: & immensum aduersus nostram miseriam superbirent, si nos ista tacere & approbare videremur. Scimus heu nostram causam, & dolemus, non autem sicut hæretici fugimus, & semiuiuum transimus, tanquã alienis peccatis pollui timeamus. Quo furioso timore illi sic timent, vt non pudeant gloriari, sese ideo fugere ne polluantur. Tanta est charitas.

De Picardis iudicium Lutheri in resolut. super proposit. Solu. 80.

Nos verò quo miserius laborat Ecclesia, eò fidelius assistimus & accurrimus, flendo, orando, monendo, obsecrando. Sic enim Charitas iubet alterum alterius onera portare. Non sicut hæreticorum charitas facit, quæ solum commoda quærit alterius, vt potius portetur, & nihil molesti sustineat à peccatis aliorum. O blasphematores Dei & proditores Christi. Si Christus fecisset sicut vos facitis, quis vnquam saluatus esset? Hæc de Picardis Lutheri fuit sententia: quos vocat hæreticos, vocat infelicem populum, vocat blasphematores Dei & proditores Christi. Neque tamen desunt interea meretrices, quæ sub his quoq; lignis frondosis prosternantur.

Lutheri  
de Rom.  
Eccles.  
opinio  
in decla-  
rat. quo-  
rundam  
articul.

Sed audiamus eundem hac ipsa de re loquentem in alio quodam libro: Quòd Romana Ecclesia à Deo sit præ alijs omnibus honorata, non est dubium. Ibi enim Sancti Petrus & Paulus, quadraginta sex Romani Pontifices, ac tot cetera millia martyrum sanguinem suum fude-

fuderunt, infernum & mortē vicerunt,  
 vt vel palpabris queat, q̄ singularem ha-  
 beat ad eam Ecclesiam respectū Deus.

Quòd si nūc, proh dolor, res habet Ro-  
 mæ, vt expediret habere melius, attamen  
 neq; hæc, neq; alia causā vlla tam  
 grandis est, nec esse potest, vt ab Eccle-  
 sia illa separatio, aut discessio vlla fieri  
 debeat. Imò quòd peius res ibi habet,  
 tantò magis accurrendum & adhæren-  
 dum est. Per separationē enim, & con-  
 temptum non fit melius. Nec dimitten-  
 dus est Deus propter Diabolum, nec  
 vitandi reliqui boni, propter turbā pra-  
 uam: imò propter nullum peccatū aut  
 malum, quodcunq; excogitari aut no-  
 minari potest, debet rescindi charitas,  
 nec spiritualis vnitas diuidi. Charitas  
 enim omnia potest, & vnitati nihil ni-  
 mium graue est. Modica enim chari-  
 tas & vnitas est, quæ sinit se propter a-  
 liena peccata diuidi. Nec diuersum à  
 Luthero sensit Ioannes quoque Calui-  
 nus, cū scribit: Horrendæ sunt illæ  
 descriptiones, quibus Esaias, Hieremi-

Caluini  
 opinio  
 de Eccle-  
 sia Rom.  
 in Sym-  
 bolo,  
 cap. 8.  
 sect. 19.

as, Ioël, Abacuc, & alij, Ecclesiæ Hierosolymitanæ morbos deplorant. In plebe, in magistratibus, omnia vsq; adeò corrupta erant, vt clamet Esaias: à vertice capitis vsque ad calcem pedis, nihil esse illic sanum. Religio partim contempta, partim contaminata. In moribus partim referuntur furta, rapinæ, cædes, & similia scelera. Neque tamen propterea, aut nouas sibi Ecclesias erigebant, aut noua altaria extruebant Prophetæ, in quibus separata sacrificia haberent: sed qualescunque essent homines, quia tamẽ reputabant Dominum, apud eos verbum suum deposuisse, & cæremonias instituisse, quibus illic colebatur, in medio impiorum cœtu puras manus ad Deum extendebant. Certè si putassent aliquid inde se cõtationis contrahere, centies potius mortui fuissent, q̃ passi fuissent illuc se pertrahi. Nihil ergo eos retinebat, quominus discessionem facerent, q̃ seruandæ vnitatis studium. Quòd si religio sanctis Prophetis fuit, ob plurima & maxima scelera,  
non

non vnus aut alterius hominis, sed p-  
 pemodum totius populi, si ab Ecclesia  
 alienare: nimium nobis arrogamus, si  
 protinus audemus ab Ecclesiæ com-  
 munionem deficere, vbi non omnium  
 mores vel nostro iudicio, vel Christia-  
 næ etiam professioni satisfaciunt. Iam  
 CHRISTI & Apostolorum seculum  
 quale fuit? neque tamen impedire po-  
 tuit desperata illa Phariseorum impie-  
 tas, & quæ tum passim regnabat, disso-  
 luta viuendi licentia, quin ijsdem sa-  
 cris, cum populo vterentur, & in vnum  
 cum reliquis templum, ad publica re-  
 ligionis exercitia conuenirent. Vnde  
 id? Nisi quia sciebant, malorum socie-  
 tate minimè pollui, qui pura conscien-  
 tia, ijsdem sacris communicarent. Si  
 quem parum mouent Prophetæ & A-  
 postoli, ille saltem CHRISTI au-  
 thoritate acquiescat. Hactenus Calui-  
 nus.

Sunt hæc quidem ab vtroque valde  
 piè scripta, sed interea tamen impiè fa-  
 ctum



**Luther<sup>9</sup>**  
**& Calui-**  
**nus di-**  
**uersum**  
 à sua do-  
 ctрина fa-  
 ciunt,  
 Etum est ab utroque, quod seipſos tam  
 sancta, tamque salubria monentes non  
 audiuerunt, & ab Ecclesia Catholica per  
 summum sacrilegium discessionem fe-  
 cerunt, & alijs ut idem facerent aucto-  
 res fuerunt: quæ res quantâ orbi Chri-  
 stiano calamitatem attulerit, nullo ser-  
 mone satis explicari potest. Nihil autem  
 est eo verius quod scribit Lutherus, nul-  
 lam esse posse tam grandem causam, ut  
 propter eam ab Ecclesia Romana separa-  
 tionem aut discessionem facere liceat.

**August.**  
 contra  
 Parmen.  
 lib. 3. ca. 1  
 Quod etiam Augustinus contra Par-  
 menianum scribens, plurimis verbis te-  
 statur. Cuius nonnulla libet adscribe-  
 re. Cùm omnis, inquit, pia ratio & mo-

**In disci-**  
**plina**  
 quod pri-  
 mû Chri-  
 stianis p-  
 positum  
 esse de-  
 beat.  
 dus Ecclesiæ disciplinæ unitatem spiri-  
 tus in vinculo pacis maximè debeat in-  
 tueri, quod Apostolus sufferendo inui-  
 cem præcipit custodiri, & quo non cu-  
 stodito, medicinæ vindicta non tantum  
 superflua, sed etiam pernitiōsa, & pro-  
 pterea iam nec medicina esse conuin-  
 citur. Illi filij mali, qui non odio iniqui-  
 tatum alienarum, sed studio contentio-  
 num

num suarum, infirmas plebes iactantia  
 sui nominis irretitas, vel totas trahere,  
 vel certè diuidere affectant, superbia tu-  
 midi, pertinacia vafani, calumnijs infi-  
 diosi, seditionibus turbulenti, ne luce  
 veritatis carere ostédantur, vmbra rigi-  
 dae seueritatis obtendunt : & quæ in  
 scripturis sanctis, salua dilectionis syn-  
 ceritate, & custodita pacis vnitae, ad  
 corrigenda fraterna vitia, moderatori  
 curatione fieri præcepta sunt, ad sacrile-  
 gium schismatis, & ad occasionem præ-  
 cisionis vsurpant. Ac nonnullis interie-  
 ctis. Cùm consilia separationis & ina-  
 nia & perniciofa & sacrilega esse dixif-  
 set, quia & inopia & superba fiunt : &  
 plus perturbât infirmos bonos, quàm  
 corrigunt animosos malos, Cypriani  
 proponit exemplum, qui quamuis pes-  
 simos coëpiscoporum suorum descri-  
 psisset mores, quod cùm & hortamen-  
 to esse cæteris deberent & exemplo, di-  
 uina procuratione contempta, procu-  
 ratores rerum secularium fiebant, dere-  
 licta Cathedra, plebe deserta, per alie-

Cypria.  
 sermo. 5.  
 de lapsis.

nas prouincias oberrantes, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupantur, esurientibus in Ecclesia fratribus, habere largiter argentum volebant, fundos insidiosis fraudibus rapiebant, vsuris multiplicantibus fœnus augebant. Tales cum eos descripsisset, non se tamen separabat ab illis, verum hæc illorum peccata deflebat, ac diuinæ celsuræ iudicioque permittebat. Quin & in Epistola quadam, cum illa Pauli verba produxisset: In magna domo, non solum vasa sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam quidem honorata, quædam verò inhonorata. Nos operam demus, inquit, & quantum possumus laboremus, vt vas aureum vel argenteum simus. Cæterum fictilia vasa confringere, Domino soli concessum est, cui & virga ferrea data est. Esse non potest maior Domino suo seruus: nec quisquam sibi, quod soli filio pater tribuit, vendicare potest, vt putet aut ad aream ventilandam & purgandam, palam ferre se iam posse, aut à frumento vni-

7. Thi. 1.  
Mali tolerandi  
in Ecclesia.

vniuersa zizania humano iudicio segregare. Superba est ista obstinatio, & sacrilega presumptio, quam sibi furor prauus assumit. Et dum sibi semper quidā plus, q̄ mitis iustitia deposcit, sumunt, de Ecclesia pereunt, & dum insolenter extollunt, ipso suo tumore cæcati, veritatis lumen amittunt. Hic docet Cyprianus, perire de Ecclesia, lumenque veritatis amittere, qui sibi superba quadam obstinatione plus assumūt, quam deposcit mitis iustitia, & quod soli filio tributum est à patre, sibi vendicant, vt à tritico zizania suo iudicio segregent.

Quamobrem optimum est hac in re Contra sceleratos consilium Augustini. lib. 3. ca. 9 contra Parmen. consilium Augustini, vt misericorditer corripiat homo quod potest, quod autem non potest, patienter ferat, & cum dilectione gemat atq; lugeat, dum aut Deus desuper emendet & corrigat, aut vsq; ad messē differat eradicare zizaniā, & paleam ventilare. Vt tamen securi de salute sua, bonę spei Christiani, inter desperatos, quos corripere non valent, in vnitate versentur, auferant malum à seip-

se ipsis, id est, ut in ipsis non inueniantur, quod in moribus aliorum eis displicet. Diuinum est hoc sancti Patris Augustini consilium, à nobis ipsis malum ut auferamus, quandoquidem ab Ecclesia vniuersa mala tollere non possumus. Veniet suo tempore, qui & zizania eradicabit, & paleam ventilabit.

Hæretici  
manicæ  
alienam  
inspici-  
unt sua  
neglecta

Sed nescio quomodo proniores sumus ad malum ex alijs, quàm ex nobis ipsis auferendū: cùm qui ferre non possunt mala, quibus laborat Ecclesia, multò ipsi grauiora designant. Qui versatus est inter eos, qui Zvinglij verbum, tanquam Dei verbū adorant, Erasmus Roterodamus, hoc illis tribuit elogiū: Circumspice mihi sodalitatem istam Euāgelicam, quot habet adulteros, quot temulentos, quot aleatores, quot decoctores, quot alijs vitijs infames. Et nonnullis interiectis. Dices, nihil tam felix vnquā fuit in rebus humanis, quin malorum admixtu vitaretur. Ad bonos verte oculos. Fieri potest ut mea sit hæc infelicitas, mihi adhuc neminem contigit

Erasmi  
Roterodami  
iudicium  
de noua  
toribus.  
Contra  
Pseudo-  
euange-  
licos.

tigit nosse, qui non videatur seipso factus deterior. Et iterum paulò post: Euangelica pietas, à minimis initijs paulatim creuit in maius ac melius, ac optimus quisque se illi iungebat: hanc doctrinam, non nisi leuissimus quisque amplectitur. Et in alio quodam loco, Adeò per hoc quod ipsi vocant Euangelium non corrigi scribit homines, vt potius videantur deteriores fieri: nec vt peccare desinant, sed vt peccent impunitus. Hoc elogium nascentis Euangelij vestri Doctoribus & eorum discipulis tribuit Erasmus. Qui verò nuper ex Heluetia venit Ochynus, Nónne quendam inducit in Dialogis suis loquentem, quod quæsiuerit (non alibi proculdubio quàm apud Hæreticos) omnes, vt ipse loquitur, Christi reformatas Ecclesias, eo consilio, in omniũ sanctissima perfectissimaque sedem sibi caperet, sed vsu venerit sibi, quod columbæ illæ, à Noë missæ quæ nusquam nacta locum, vbi pedem figeret, in arcam reuersa est: sic & se reuerti do-

Hyper-  
aspeste  
secundo

num in Vngariam, vbi constituat in-  
taminatam Ecclesiam. Cui respondet  
Ochynus, quærere ab omni vitio pur-  
gatam Ecclesiam, nihil aliud est, quàm  
cælum in terra quærere. Quibus ver-  
bis non obscurè indicat, quàm sint e-  
tiam hæreticorum Ecclesiæ contami-  
natae.

Sub no-  
uo Euan-  
gelio de-  
teriores  
facti ho-  
mines.

Verùm nihil est opus plura vestro-  
rum testimonia proferre, quibus ipsi  
confitentur longè deteriores factos ho-  
mines, & ad omne flagitiorum genus  
patrandum audaciores, posteaquam  
nouum hoc vestrum Euangelium præ-  
dicari cœptum est, quam vnquam an-  
tea fuerant. Nam & longum foret ea  
recitare, & in moribus ac vita vestro-  
rum, longè videntur apertius, quàm vt  
vlllo stylo dilucidius explicari queant.  
Strenuè declamatum est à vestris, con-  
tra coelibatum nostrorum Sacerdotū.  
Quem cùm plerique non ita colant vt  
deberent, ob hanc potissimum causam,  
eos in summum odium & cōtemptum  
adducere conati sunt. Absit autem, vt  
nos

nos turpitudinis aliquorum patroni esse velimus, quin omnibus pœnis, quæ sancitæ sunt in sacris Canonibus contra tales, eos dignos iudicamus. Verùm obsecro vos, an posteaquam vestri ministri foeminis copulari cœperunt, castiora sunt eorum, sicut ipsi vocari volunt, cōiugia, quàm sit quorundam nostrorum sacerdotum cœlibatus? An minus apud eos adulteriorum est & stuprorum? Duas ac tres etiam habere superstites foeminas, quibus vxorum nomen tribuunt, vsque eo iam est apud illos vsitatum, vt non modò non habeatur infame, verumetiam in laude prope modum ponatur. Adeò non sufficit vna ministris vestris, vt incontinentiæ suæ mederi possent: Et incitamentum factum est, quod vnicum illi remedium esse fornicationis iudicabant.

Ministro-  
rum ma-  
trimo-  
nia im-  
pura.  
Polyga-  
miam  
quosdã  
deserto-  
rum co-  
lere.

Ecce autẽ dum hæc scribuntur à me, Beza suc-  
cessor  
Caluini



illo viro Theodoro Beza. Quid autem? Si verum est quod renūtiatur, an super hoc successore cælum etiam ipsum non obstupescit? Verùm talis decebat, vt esset Pontifex vester, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & super cuius immanibus flagitijs, quæ superiùs commemorata sunt, ipsum etiam cælum obstupesceret. Interea vos Papatum nostrum ferre non potestis.

Deus pa-  
ratus sus-  
cipere re-  
lapsos.

Redite præuaricatores ad cor. Redite ad Papatum, hoc est, ad vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, à qua posteaquæ vos præcidistis, in quot & quàm foedas abominaciones & fornicaciones incideritis, vos ipsi iam videtis. Nam earum vix etiam numerum ini-re licet: Redite ad sponsum vestrum Dominum nostrum Iesum Christum, qui nihil aliud maiore desiderio, quàm reditum hunc vestrum expectat: Haud aliter quàm Euangelicus ille pater filium prodigum ad se reuertentem, sic ille vos venientes, obuijs, quod aiunt, vlnis excipiet. Eritque maius gaudium in celo co-

Luc. 15.

ram

rã angelis Dei, super vno peccatore pœ-  
 nitentiam agēte, quàm super nonagin-  
 tanouē iustis. Nec est quod metuatis,  
 ne vobis exprobret aliquando præteri-  
 tas abominationes & fornicationes ve-  
 stras. Pœniteat modò vos, & reuertami Ezec. 18.  
 ni, nunquã amplius eorum recordabi-  
 tur. Quin futurum est per illius gratiã,  
 vt iterum vos exhibeatis illi virginē ca-  
 stam, qualis tum eratis, cùm in lauacro  
 regenerationis illi desponderemini.  
 Permultum enim interest, inter Dei  
 coniunctionem & hominum. Homo Deus ex  
 cùm vxorem acceperit, de virgine mu- meretri-  
 lierem facit, hoc est, non virginē : deus, cibus vir-  
 meretricibus etiam copulatus, eas mu- gines fa-  
 tat in virgines. Et hoc est, quod apud cit.  
 Hieremiã, cùm dixisset Dominus: Frõs  
 mulieris meretricis facta est tibi. Sub-  
 iunxit mox, Ergo saltem à modò vo- Hier. 2-  
 ca me. Pater meus dux virginitatis meę 2. Cor. 11.  
 es, tu. Similiter Apostolus: Post forni-  
 cationem & Idolorum cultum, creden-  
 tibus Corintheis loquens : Despondi  
 vos vni viro virginem castam exhibere,

Christo. Quamobrem iterum atq; iterum hortamur vos, oramus & obsecramus, nolite obturare corda vestra, sed nec aures vestras cùm Domini vocem audieritis, tam vos amanter inuitantis, ac dicentis: Quare moriemini domus Israël? Nolo mortem morietis. Reuertimini & viuite. Vtinam verò dies ille nobis illuscescat aliquando, quo possimus epulari vobiscum, ac de vestra cõuersatione gaudentes dicere: Fratres nostri mortui erant, & reuixerunt: perierant, & inuenti sunt. Nihil nobis in vita nostra lætius ac iucundius accideret possit.

Ad Pastores  
Apostrophe.

Quoniam verò, sic demũ id facilius & celerius euenire posse spes est, si pastores officio suo diligentius, quàm in hunc vsq; diem factum videmus, functi fuerint: oramus & vos, quibus gregem suum pascendũ Christus commisit, oramus vos & obtestamur, per amarã passionem & mortem Domini nostri Iesu CHRISTI cuius memoriam celebratis, quoties illud id ipsum corpus, quod p  
nobis

nobis traditum, illum ipsum sanguinē,  
 qui pro nobis in ara crucis fusus est, gra-  
 tissimū Deo sacrificium offertis: ne cō-  
 mittatis, vt vnquā ex animis vestris ex-  
 cidat, quod hoc est precium illud, quo,  
 quem fidei vestræ concredidit, gregem  
 hunc suum emit, vel redemit potius,  
 Dominus noster IESVS CHRISTVS.  
 Quamobrem quorum ille salutem tan-  
 ti fecit, vt eam esse morte sua, & ea cum  
 primis acerba & ignominiosa morte,  
 repræsentandam existimaret, in eorum  
 salute tuenda, & conseruanda, quin &  
 amissa recuperanda, ne tam segnes &  
 remissi videri velitis, vt multis ansam su-  
 spicandi detis, quasi tantum hoc pre-  
 cium contemnatis, & pro nihilo duca-  
 tis. Dolenter dico, verum taceri non  
 potest: quod grex iste perit, quem tan-  
 ti Dominus noster IESVS CHRISTVS  
 æstimauit, multum maximā eius rei cul-  
 pam penes pastores residere, quos non  
 solum officio suo non fungi, verume-  
 tiam ita plerosq; vitam suam instituisse  
 constat, vt his tantis abominationibus

Præposi-  
tis obedi-  
endum  
cur.  
Hebr. 13.

& fornicationibus, etsi non iustam, ta-  
men magnam & grauē causam dedisse  
videantur. Memineritis per Deum im-  
mortalem, esse vos quidem præpositos,  
quibus vt obediret & subiaceret popu-  
lus, à spiritu sancto mandatum est, verū  
interea causa cur obedire debeant hæc  
adscribitur: Ipsi enim peruigilant, qua-  
si rationem reddituri, pro animab. ve-  
stris. Appareat in pastoribus, ea quæ de-  
betur ab illis in curando grege vigilan-  
tia, nō requiretur ab ouibus, ea quæ vi-  
cissim ab illis deberetur obediētia. Vni  
cuiq; pastorum de vnoquoq; sibi subie-  
cto dictum est: Custodi virum istū, qui  
si lapsus fuerit, erit anima tua pro ani-  
ma illius. Sanguinē impij de manu spe-  
culatoris requisituum se Dñs denun-  
ciat, si per eum steterit, quo minus auer-  
tatur de via sua impia. Veniet veniet,  
dies ille domini crudelis & indignatio-  
ne plenus & iræ furorisq;, quando dice-  
tur singulis pastorib. Vbi est grex tuus,  
qui datus est tibi, pecus inclytum tuū?  
Quid dices cū visitauerit te? tu enim  
docu-

3. Reg. 20

Hiere. 13.  
Esai. 13.

docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum. Nunquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem? Quanque hæc verba Regi Ioachim dicta leguntur apud Hieremiã Prophetam, sed nihil impedit, quo minus & Rex pastor dicatur. Nam & Cyro dictum legimus apud Esaiam, Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis.

Quominus facere possum, vt silentio te præteream Sigismunde Rex Auguste. Nã exigit hoc à me subiectionis meæ fides, qua tibi sum obstrictus. Tibi quoq; quamuis diuersa ratione, pascendi gregis huius & pecoris inclyti curam Deus mādauit. Per te magna ex parte, maiorum præsertim Ecclesiarum, quas Cathedrales vocant, Pastores designantur. Tu vide quales illis præficiēdos cures. Nam & à te rationem exiget, si non ea, qua oportet cura, per eos in pascēdo grege fuerit adhibita. Diuersum est illorum officiū à tuo, cū illis animarū, tibi corporū cura sit à Deo commissa.

Rex pastor.  
Cap 44.

Ad Regē  
Apostrophe.

Episcopi  
Poloniæ  
per regē  
designantur.

Qua in  
re offici-  
um Regū  
ab offi-  
cio epif-  
coporū  
diuersū.

Pertinet ad illos ministeriū verbi & Sa-  
cramentorū, ligandi, soluēdiq; consciē-  
tias munus, iudiciū de doctrina religio-  
nis, & vt impios, quorū nota est impie-  
tas, è coetu piorū eijciant, & ab Ecclesie  
cōmuniōe p̄hibeāt: Quę postea tui sūt  
muneris, q̄ & ipse Dei minister es, etiā  
tacente me, vel patriæ leges in quas iu-  
rasti, satis te disertè docēt. Regni tui in-  
famia, tua est infamia. In hoc à Deo cō-  
stitutus es, vt illius saluti, honori, & exi-  
stimationi p̄spicias. Quod aliter à te p̄-  
stari non potest, quàm si toto pectore,  
quod aiūt, in id studium incubueris, vt  
quam religionē per manus sanctorum  
maiorum tuorum tibi traditam accepis-  
sti, eam integram & inuiolatam conser-  
ues. Ne putes officio tuo te satis functū  
esse, si veram pietatem ipse colas, nec in  
aliud nescio quod Euangelium trans-  
ferri te patiare. Sigismundo quidem sa-  
tis hoc foret, verū à Rege plus aliquid  
exigitur. Dixit Poëta quidam: (Quid-  
quid delirant Reges plectuntur Achi-  
ui,) sed vbi causa religiōis agitur, quid-  
quid

Regi  
nō satis  
est ipse  
esse piū.

quid delirant Achiui, plectuntur illi quidem, sed non soli plectuntur, & longè quidem grauius plectuntur etiam hi Reges, qui cùm possint, maturè tantis malis obuiam non eunt. Tremèda sunt illa scripturæ verba, quibus Reges alloquitur: Horrendè, inquit, & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his qui præsumunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem, potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnū ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Veniet, veniet dies illa, dies iræ, dies tribulationis & angustię, dies calamitatis & miserię, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris, quando tibi quoque dicetur ô Rex: Vbi est grex qui datus est tibi, qui tuæ fidei concreditus est: Pecus  
 incly-

Sapie. 6.

Sophon.  
cap. 1.



inclytum tuum : veré pecus inclytum,  
 quod est precioso Christi sanguine re-  
 demptum? Vbi nunc est Lithuania, de  
 qua, cùm esset Idolorum cultui dedita,  
 religiosissimus ille Rex VVladislaus  
 Jagello, proauus tuus tã fuit sollicitus.  
 vt vni viro desponsa, virginem se castam  
 exhiberet Christo, vt apud rudé etiam  
 & vilem plebeculam Doctoris & Apo-  
 stoli munere fungi non medicorum si-  
 bi duceret, cùm Poloni Sacerdotes,  
 quorum vtebatur opera, minus essent  
 eius linguæ periti. An æquè nunc, vt an-  
 te annos paulò minus ducētos, castam  
 se virginem exhibet Christo? Ecce in  
 quas abominationes, in quas fornicationes  
 prolapsa est? Et propemodum  
 in eundem statum recidit, in quo fuit  
 ante proauum hunc tuū ad fidem Chri-  
 stianam conuersum. Quandoquidem  
 etiam sanctissimam Trinitatem blasphemare  
 didicit: & iã in ea circumcidi mul-  
 ti ferūtur. An autem & nobiscum Pro-  
 pheta dicere non licebit. Stupor & mi-  
 rabilia facta sunt in terra. Fides Christia-

na

VVladis-  
 lai Jagel-  
 lonis pie-  
 tas.

Lithuani  
 eñ. facies

Hier. 5.

na peruenit ad Lithuanos ex Polonia, nūc quidquid est impietatis, quidquid blasphemiarum est in Christum & in adorādam Trinitatem, à Lithuanis deriuatur ad Polonos. An talem tibi diui Reges, proauus & auus & patruus tui, talem sanctus pater ille tuus Sigismundus, Regni Poloniæ, Magniq; Ducatus Lithuanie statum reliquerūt? Quid dices cūm uisitauerit te Dominus? Tu enim doces eos aduersum te, & erudis Hier. 25. in caput tuū? nunquid non dolores apprehendent te quasi mulierem parturientem? Quam vereor qui nolunt audire nunc: Vigilate pastores, ne postea volentes, nolentes, citius opinione sua, terribilē illam Domini vocem audire cogantur. Ululate Pastores & clamate, & aspergite vos cinere optimates gregis, quia completi sunt dies vestri. Nolo quæ sequuntur adiungere: Sed in cuius manu corda sunt eorum qui regūt, supplex Deum precor, vt huc ea inclinet, quo sui muneris memores, ac personæ quam sustinent, sic se gerāt, vt illis

ab

Ministri  
Satanæ è  
Polonia  
pellèdi.

ab hac auditione mala timere necesse non sit. Tu verò Sigismunde Rex Augu-  
ste, si plus hoc tēpore p̄stare non potes,  
saltē ista flabella seditionū in regno tuo  
qui se ministros vocant, & sunt vera  
ministri Sathanæ, qui diuidit inter fra-  
tres, quorū opera ventos istos, ac tēpe-  
states excitatas vides, saltem hos procūl  
è finibus tuis pelle. Multum hoc ad pla-  
candam iram Dei pertinebit, ac in plu-  
rimis ab istis abominationibus & forni-  
cationibus auertendis, minus erit nego-  
tij, cūm his fuerint destituti, qui sunt ha-  
rum turpitudinū administri. Si qui ve-  
rò fuerint, qui solos eos ex Regno ter-  
risq; potestati tuæ subiectis exterminā-  
dos esse censēbunt, per quos adoranda  
Trinitas, nuper blasphemari cœpta est,  
eorum vocibus aures tuæ ne pateāt: ni-  
hil enim tibi Regnoq; tuo perniciosius  
accidere posset. Cūm æquè vt isti, hære-  
tici sint alij quoq;, siue sint ij Cōfessio-  
nis Augustanæ, siue Tigurinæ, siue Ge-  
neuensis, siue Picardorum vel fratrum  
VValdensium, vel quocunque tandem  
alio

alio nomine vocentur. Vnam tantum  
 ex his velle profligare, quid hoc aliud ef-  
 set, quam reliquas omnes approbare.  
 Quid quid extra vnā fidem est, perfidia  
 est: Sicut Christus diuisus nō est, ita ne-  
 que fides, neq; Christi corpus Ecclesia  
 diuini potest. Vna est fides, vna est reli-  
 gio, quam à sanctis maioribus tuis per  
 manus tibi traditam accepisti.

Non soli  
 Trinita-  
 rij sed o-  
 mnes He-  
 retici ex  
 Polonia  
 pellēdi

Quid si fuerunt Idololatrę, sicut im-  
 pudenter isti mētiuntur, quid aliud fa-  
 ciēdum nobis restabit, quam vt iisdem  
 verbis ō Rex, vtamur apud te, quib. vsus  
 aliquādo fuit, Sanctus ille Pontifex A-  
 thanasius. Ceterum quō res melius p-  
 spici possit, ne molestè feras, si tēporis il-  
 lius historiā, quæ multū ad rem p̄sentē  
 facit, paucissimis, quoad eius fieri pote-  
 rit, explicabim⁹. Idē tū ferē fuit rerū sta-  
 tus qui nūc est. Quod nō vno loco que-  
 rit Gregorius Nazanzenus, Omnes lin-  
 guę, oēs Apostoli, omnes Prophetę, oēs  
 Pastores & Doctores esse cupiebāt. Et  
 quamuis Conciliū Nicænū de quibus-  
 dā fidei dogmatibus tū controuersis in-

Athana-  
 sij sentē-  
 tia huic  
 tempo-  
 ri accom-  
 moda-  
 tur.

ter-

tercessisset, in quo sic omnia, quæ vocabantur in disceptationē discussa, sic veritas credendorum omnium est explicata, nihil vt amplius iam superesse videretur, de quo dubitari posset. Non defuere tamē malè feriatū quidam, qui

Fides no  
ua. subinde nouas fides, vel vt nunc vocāt, Confessiones conderēt, quorum opera factum est, vt Arimini Conciliū cōgregaretur. Quo cū non pauci numero Patres cōuenissent, Ursatius & Valens, & qui fuerunt eiusdem factionis, chartulam quandam exhibuerunt, in qua fidē suam ita conscripserant, vt quāuis nihil minus præ se ferrent, non aliud tamē habere propositū eos appareret, quàm vt abolerētur ea, quæ Niceę gesta sunt. Quod cū animaduertissent Patres, dixerunt ad eos, vt scribit Athanasius: Nos, non quia fide indigeremus huc cōuenimus: habemus enim sanam fidem, sed vt eos qui veritati cōtradicūt, & noua moliūtur, confunderemus. Si igitur vos, quasi nūc incipiētes credere, ista scripsistis, nondum clerici haberi potestis, vt qui

Athanasius in  
epistola  
de syno-  
dis Ari-  
mini &  
Seleucia  
congre-  
gatis.

nunc

nunc rudimenta fidei condiscere incipiatis. Quòd si eo animo, quo vos huc venistis, sit omnium còcordia, & hæreses anathemate execremur, & quæ Patrum sunt, teneamus, ne posthac captatæ Conciliorum occasiones obuersentur, cùm semel illi, qui Niceę conuenerunt, omnia præoccuparint, & nihil nõ egerint pro Catholica fide. Quæ cùm dixissent, nihil aliud in eo Concilio fuit actum, quàm vt suis calculis Nicænam Synodum approbarent, & eam ad omnia sufficere iudicarent: & qui chartulã illam produxerant, non dissimule tabulis, vel vt quidã vocant, schalis, quæ nũc sparguntur à Trinitarijs, eos hæreticos pronuntiarent. Qua de re literas etiam ad Imperatorẽ dederunt, in quibus rationem rei per se gestæ reddiderũt: quæ reddita, sic Epistolam suam còcluserũt. Quapropter supplicamus tuę humanitati, vt benignis auribus & sereno vultu nostros legatos intuearis, neq; ad cõtumeliam mortuorũ, aliquid noui induci permittas: sed nos sinas in institu-

Scalę Trinitario-  
rum Polono-  
rum.

Q tis

Vbi supra.

Soluentes maiorum decreta, sua rescindant.

tis decretisq; maiorū permanere, quos magno ingenio, prudētia & spiritu sancto omnia fecisse asseuerauimus. Certē res nouæ, quas isti moliuntur credentibus incredulitatem, incredulis crudelitatem inducūt. Laudans igitur Patres hos Athanasius: Quis, inquit, nō approbauerit piam prudentiam Episcoporū Animini congregatorū, qui tantū itineris laborem, tantaq; maris pericula sustinuerunt, ut Arianicē sapientes ad Ecclesiam pertraherent, & Patrum traditiones integras conseruarent, sancta & canonica decreta facientes? Quisq; enim eorum sibi persuadebat, si solueret aliquid ex decretis maiorum, occasione nē se daturum posteris, vt quod ipsi e-gissent rescinderetur. Quis autem quæso non vituperaret temeritatē Eudoxij & Achatij, qui honorem Patrum suorum, Ariomanitarum studio & gratiæ propinant & produnt? Quæ enim fides in eorum actis, si decreta maiorum suorum soluant, aut quomodo eos quibus successēre, Patres suos appellabunt, quorum sententias ipsi culpant?

Ac paucis interiectis, Quid videlicet docebunt populos ab ipsis institutos? An patres suos lapsos esse? Aut quomodo ipsi veri apud discipulos suos habebuntur, quibus persuadēt, præceptoribus credēdū nō esse? Quòd si illi malè sentiunt, & scriptis suis orbē terrarū seduxerut, cesset omnino eorum memoria, & scripta illorum abijciātur. Ite ergo vos ipsi, & eruite eorum reliquias ex monumentis, vt ab omnibus intelligatur & illos fuisse seductores, & vos paricidas esse. Certè beatus apostolus laudat Corinthios, quod ubiq; sui memores esēt, & quod traditiones, quas tradidisset illis, retinerent. Isti igitur cū talia de suis antecessorib. cogitēt, prorsus cōtraria ad populum non verebuntur dicere: Nō laudamus vos q̄ estis memores Patrum, sed eo potius nomine vos cōmēdamus, quod eorum traditiones nō retinetis. Superest, vt ipsi ignobilitatē suā culpēt, & dicāt se nō ex pijs sed ex hæreticis originē trahere. Istiusmodi em̄ verba istis loqui decet ad Arianos, quib. vt antea admoui, patrū suorū



Prouer.  
cap.30.

honorem & suam salutē propinant, nec metuunt illud quod in Prouerbijs scriptum est: Mala soboles Patrem execratur. Vos autē nihil tale cōmittite, neq; improbitatem illorū, veritatē putate. Nam & ipsi in mutuo se insurgunt, & à Patrib. suis deficientes, non tuētur eandem sententiam, sed varijs & multiplicibus iactationibus iactātur: & aduersus Nicænā Synodū contendentes multas Synodos instituerūt, in quarum singulis, nouam semper fidē edendes, in nulla earū perdurare possunt, neq; vnquā aliter facient, quia malè quærendo, nō inueniūt sapientiam quam odere. Hac ego propterea transcribenda pluribus esse iudicaui, quod in his verbis, imago nostrorum tēporum graphicè videtur esse depicta. Nam & nunc reperire non paucos licet, qui dum in Oecumenicorum Conciliorum decretis acquiescere nolūt, nouas subinde fides cōdunt, noua subinde cōuenticula faciunt, q̄ Colloquia vocāt: in quibus, quanto frequētius cōueniūt, tātō maior inter eos ori-

Collo.  
quiorū  
fructus.

tur

tur discordia. Verùm vnde discessit eò  
redeat oratio.

Si verum est quod Idololatræ fuerūt Maiores  
Patres nostri, sicut isti blasphemāt, qd̄ Polono-  
hic ab Athanasio dictū est, idem & nos rum ab I-  
istis dicemus: Quib. oculis intuebimini dolatriæ  
monumēta Patrum vestrorū, quos ipsi crimine  
Idololatræ nominatis, quin ite potius, vindicā.  
& eorum reliquias è monumētis erui-  
te. Quo sic ab omnibus intelligatur &  
illos fuisse Idololatræ, & vos esse parricidas. Quanta est autem hæc impietas, quàm horrendū sacrilegium, ita de sanctis Patribus iudicare: quasi non esset illis prædicatus Christus, quasi non accepissent spiritū sanctum, quasi non recepissent Euāgelium. Vnde autē vobis, ô filij desertores, vnde vobis Euangeliū? Regres-  
vnde nomē Christianū? vnde Baptism⁹ sio ad A-  
& alia Sacramēta? Num ab Idololatræ? postro-  
Verùm vnde liceret à legitima sobole se- phe Re-  
men adultere discernere, nisi talem affe- gium  
ctū erga suos maiores ostenderent, seq̄;  
verè malam sobolem esse, quæ suos parentes execratur, declarent: vt rectè illis  
Q 3 dici

dici queat: Semē Canaā & nō Iuda: pater tuus Amorrhēus, & mater tua Cethea.

Cū itaq; nō sit fides nisi vna, quidquid p̄ter hanc vnā fidem est, perfidiā ō Rex, nō fidē esse iudicato, atq; p̄cūl à Regni tui finib. arceto. Quanto cum periculo duę religiōes tolerēt in vno Regno, recēs exemplū capere potes, ex ijs, q̄ proximis annis superiorib. in Gallijs acta sunt. Qua de re fuit etiā hoc ipso anno scriptū quoddā editum Cracouię, quo respōdet Regi suo cōuētus triū ordinū Ducatus Burgundię, nuper in causa religionis factę, quod à te piētissime Rex, legi cuperem & expendi diligēter. Scio cōtrariū suasisse quēdā, qui ante annos quatuor Gallica lingua scripsit ad Regis Gallię Conciliarios, exhortationē, quę tamen postea Latina facta est, qua prætexit, se docere velle, quo pacto obuiam iri possit seditionibus, quę ob religionis causam impēdere vidētur. Sed quàm salubre fuerit consiliū hoc illius, euētus rei docuit. Auctoris nomen adscriptū libello nō est, verū Theodorū Bezā fuisse, non obscuris argumētis col

Respon-  
sum triū  
ordinū  
Burgun-  
dię in  
causa re-  
ligionis  
factę  
Craco-  
uię edi-  
tum.

Bezel-  
bellus  
impiis-  
simus.

ligi potest. Nam inter alia quibus quod vult, persuadere conatur, minas quoq; regaliter addit, futurū vt in his qui sunt suæ factionis, cuius tamē se esse dissimulat, existant aliqui Scæuole qui se putāt sacrificiū exhibere Deo, si vnus aut alterius eorum nece, qui cōtrarium suaserint, socijs suis parētauerint. Profert de inde Minardi causam, q̄ cū, vt fuisse dicitur, vir magno quodā Catholicē fidei tuendæ Zelo præditus, cōtra sectatores quosdā Caluini duriorē in consilio sentētiam protulisset, egressus inde, statim fuit ex insidijs à quodā proditoriè trucidatus. Nō dissimile quiddam Iuliano Imperatori scribit accidisse, quasi cōferre cum Christo Caluinū, cū Iuliano Apostata Regem suum velit. Similiter & Regi Galliarū Sigisberto, ac propemodum tale quid etiā accidisse Regi Macedonū Alexādro. Ac ne videatur absq; scripturis rem agere, quò magis incitet hoīes, ad eiusmodi paricidia designāda, simul Magistratui terrorē incutiat, ne suæ sentētię cōtradocere, deq; hæreticis suppliciū sumere audeat, exēplū etiā Pe

Minardi  
casus.

Iulianus  
Impera-  
tor.

Sigisber-  
tus rex  
Galliæ.

Assasini  
& Bedui-  
ni.

Cola Mā-  
tuanus.

Ioan. Ga-  
leatius  
Mediola-  
ni dux in  
templo  
interfe-  
ctus.

Omnes  
Hæretici  
pellendi  
ex Polo-  
nia.

tri Apostoli ꝑducit, quod is armis ma-  
nū admouerit, ad resistendū Iudaici ma-  
gistratus ministris, qꝫ ad capiēdū ipsius  
magistrū venerāt. Adfert etiā Assasino-  
rum siue Beduinorū exemplū, qui ꝑpo-  
sita sibi spe voluptatis Paradisi à se cōse-  
quendę, solenni voto spondebant, se in  
Principes omnes sequituros, qui sectę ipso-  
rū aduersarentur. Deinde Colā quendā  
Mantuanum, literarū Mediolani profes-  
sorē, qui prædicabat, eos & in hac, & in  
futura vita fore beatissimos, quorū ma-  
nib. aliqua tyrānis opprimeretur. Quæ  
sententia, sic inhæserit animis quorūdā  
Nobiliū, vt cōspiratione facta, Mediolā  
Ducē Ioannē Gelatiū, in medio tēplo,  
frequenti populi conuentu, quamlibet  
multis stipatū, interficere non dubita-  
rēt. Et hos tales tu piētissime Rex, talia  
docētes in Regno tuo ferēdos, ac solos  
inde Trinitarios auferēdos & exigēdos  
esse putabis. Quin tu, si tuę vis & Regni  
tui saluti tranquillitatiq; consultum, si-  
cut velle debes, eodē omnes loco ha-  
bebis, tam eos qui tectum deturbare,  
quàm

quàm eos qui parietes disijcere, & qui fundamentū Papatus, hoc est Ecclesie, prorsus euertere conantur. Nihil diuersum ab eo Sacramentarij cupiunt, quod tãto studio Trinitarij cõtendūt, vt simulata magis inter eos, quàm vera pugna esse videatur. Vtriq; fundamentum euersum volunt. Sed cùm nõdum esse tempus idoneum Sacramētarij iudicēt, vt ad hunc extremum impietatis gradum veniatur, differri magis, quàm auferri blasphemias istas contra adorandam Trinitatem cuperent. Ac ne quis mei capitis, hoc esse somniū existimet, producam hic verba Sacramentarij cuiusdã, ex concione, quam habuit ineunte hoc anno Calendis Ianuarijs, in celebri quodam loco, in quo eam habitam non oportuit, quam etiam typis mādari curauit. Producam autem ea lingua, qua dixit & scripsit ipse.

Sacramē  
tarij Po-  
conatus.

Sacramē  
tarij Po-  
loni à  
Trinita-  
riorum  
errore  
non ab-  
horrent.

1564.

*Mamy dzis  
swieto bracia mila Obrzezania Panskiego /  
Gdzie Bog kazal dziatkam mdlosci  
ich aze do osmego dnia cierpiec / y dla tego  
ich niekazal zaraz po vrodzeniu obrzazow*

wac / aby im tak bolu fu bolovi swiezemu  
 nieprzydavano. Wieli tez isci (Trinitarze)  
 koniecznie miec na bacznosci / aby byli sfob  
 govali temu mdlemu dzieciatku / tej oblus  
 bienicy Krystusovej / ktora tak pretko zasme  
 cili / y niepotrzebnie zakwilili. Hoc est: Ce  
 lebramus hodie festum Circumcisionis  
 dñi. Mandavit aut Deus, vt infantium æ-  
 tati teneriori ppter imbecillitatē eorū  
 parceretur, & octauus dies expectaret.  
 Causa aut cur nollet statim vt in lucē p  
 diissent eos circūcidi, fuit hæc, ne recēs  
 dolor, quē sustinuerūt cū ederētur, ma  
 iori dolore cumlaretur. Debebant &  
 hoc isti secū reputare (de Trinitarijs lo  
 quitur) vt parcerēt huic infanti debilio  
 ri, huic spōsę Christi, quam ita celeriter  
 cōtristarunt, & ppter necessitatē tantū ei  
 luctū attulerūt. Quid aliud sibi volunt  
 hæc verba, q̄ non hoc eis dolere, quod  
 exorti sint trinitarij, sed quòd tā repen  
 tē proruperint, quòd octauum diē non  
 expectauerint, dum eorū secta plus ali  
 quid verū acquireret, q̄ adhuc imbecil  
 liorem esse vident? Est enim hoc in con  
 fesso,

fesso, quòd multò maxima pars Regni tui, neq; coram Islebiensi, neq; corâ Tigurino, vel Genuensî Baal genua curua uit adhuc : nec est apud illos hoc Baal quidquam abominabilius. Quin & illud constat, hanc inter istos exortâ discordiam, effecisse, vt multi reuiscerēt, & ad Papatum, hoc est ad Ecclesiâ Catholicam redirent. Qua de re prodijt etiam hoc eodem anno libellus cuiusdam consolatorius, in quo, qui uolet aniles illius hac de causâ querimonias legere poterit. Hoc igitur malè Caluinistas habet, quòd cùm suis blasphemijs, minus multorum aures adhuc assueuerint, aliæ nouæ sint exortæ, quibus fit, vt non pauci detestari suas istas fornicationes incipiant, deq; reditu in gratiam cum sponso suo Christo quem deseruerant, cogitationem suscipiant.

Quamobrè omnes ferre sectas, quæ sunt mirabiliter inter se dissectæ, satius duxerim, vt mordentes & comedentes se inuicem ipsi consumantur ab inuicem : quàm vt, si tantùm vna profligata

Præstat  
nullam  
quàm a-  
liquam  
tantum  
hæresim  
eijcere.  
Galat. 5.  
ta



ta fuerit, tanto plus viriū reliquis accessat, quarū toleratio, speciē quandā approbationis habere videbitur. Bellū hereticorum pax est Ecclesię. Quod quanto fuerit implacabilius, tãto citius illos eò redituros spes est, vnde discesserunt, ad vnā sanctam Catholicam & Apostolicā Ecclesiā. Nec hæc inter illos bella desinent vnq̃, nisi factū prius hoc fuerit. Enarrans illa Prophete verba Augustinus: Præcipita Dñe, & diuide linguas eorū, quia vidi iniquitatem, & contradictionē in ciuitate. Qui se malè, inquit, extulerūt, expedit eis, vt submergantur siue præcipitentur. Qui malè conspirauerunt, expedit eis, vt eorū linguæ diuidantur. Ad bonū consentiāt, & concordēt linguæ eorū. Ac mox, tractās illum locū, de turri Babel edificata: Per superbos, inquit, diuisæ sunt linguæ, per humiles apostolos cōgregate sunt linguę. Spiritus superbiæ dispersit linguas. Spiritus sanctus cōgregauit linguas. Quando enim Spiritus sanctus venit super discipulos omniū linguis locuti sunt, ab

om-

August.  
in 1<sup>a</sup> sa. 54  
Præcipita Domine, diuide linguas eorum, &c. explicat.

Ibidem.

omnib. intellecti sunt, linguæ dispersæ  
 in vnū cōgregatæ sunt. Ergo si adhuc se  
 uiūt, expedit eis diuisas habere linguas.  
 Volūt vnā linguā, veniant ad Ecclesiā.  
 Quia & in diuersitate linguarū carnis,  
 vna est lingua in fide cordis. Præclarè  
 Augustinus, Volunt vnā linguā, veniāt  
 ad Ecclesiā. Nunquam inter eos pugne  
 desinent, quoad eò non redierint vnde  
 discesserūt. Quamobrè veniant vel re-  
 deāt potius ad Ecclesiā, si volūt habere  
 linguā vnā. Nā in ea nō dissensionis, sed  
 pacis & dilectiōis Deus est: in ea nō ver-  
 tiginis, verùm charitatis spiritus est, per  
 quam vnitas retinetur in vinculo pacis.

Ego verò procido venerabūdus ante  
 te, q̄ nunc ab impijs istis blasphemaris,  
 ô adorāda Trinitas, ô venerāda vnitas:  
 te Deū trinū in personis, vnū in substā-  
 tia, te p̄ quem creati sumus vera æterni-  
 tas, te per quē redēpti sumus, ô summa  
 charitas, te q̄ pax nostra es, qui facis v-  
 traq; vnū, te supplex oro: tolle maceriā,  
 q̄ pacē & concordiā inter nos dirimit,  
 q̄ te nobis adimit: tolle superbiā, quam  
 qui

Ad san-  
 ctam &  
 adoran-  
 dam Tri-  
 nitatem  
 supplica-  
 tio.


qui facit, non habitat in medio domus tuæ: quæ inter quos est, inter eos semper sunt iurgia: sicut nunc oculis ipsi nostris cernimus: tolle sensum elatū, qui Cherub è cælo detraxit ad infernum, in profundū laci, qui primos parentes nostros è Paradiso deturbauit, & concede propitius, vt ne simus alta sapiētes, neue dum suprā quàm scriptum est, vnus aduersus alterum inflatur, velimus sapere plūs, quàm oportet sapere: sed in humilitate, superiores nobis inuicem arbitantes, lutum esse nos & vas figuli meminimus, neque curiosius ea mysteria perscrutemur, quæ nec ipsi sciunt Angeli: quorū recta confessio est scientiæ ignoratio: sed simus contenti sapere ad sobrietatem: & in his quæ captū nostrum superant, piè potius ignorantiam nostram confiteamur, captiuantes intellectum nostrum in obsequium Christi corporis Ecclesiæ, quàm temerè scientiam nobis vendicemus: vt sic humilibus cōsentientes, pacem quam discessurus ex hoc mundo Christus nobis

bis legauit, inter nos colamus. Ne pa-  
 tiaris, vt quos ille, cū antea disper-  
 si fuissent, preciosa morte sua congrega-  
 uit, eos iterum astutia serpentis disper-  
 sos, diutius videamus. Ne sit amplius  
 inter nos Iudas & Israēl, ne sit Roboā  
 & Hieroboam, ne sit Hierusalem & Sa-  
 maria: sed simus omnes vnā ciues illius  
 Hierusalem, quę ædificatur vt Ciuitas:  
 simus terra vnus labij, & sermonū eo-  
 rundem, sit inter nos multitudinis cre-  
 dentium cor vnum, & anima vna: sit v-  
 num ouile: sit vnus pastor: vt sicut tu,  
 quamuis trinus in personis, vnus ta-  
 men es Deus, non minus vnitate cōcor-  
 dię, quā vnitate substantiæ: sic & nos,  
 vnum simus tecum, vnum simus inter  
 nos. Ne simus amplius in parabolā gen-  
 tibus, & commotio capitis in populis.  
 Non despiciat manus oculum: nec ocu-  
 lus manum: non insurgant pedes con-  
 tra caput, nec dicat caput pedibus, nō  
 estis mihi necessarij. Non velit oculus  
 aut lingua totum esse corpus. Vnum-  
 quodq; membrum suum actū habeat,


vt

vt sic ordine seruato, pax & trāquillitas  
 retineatur, vt quamuis multa membra,  
 sumus tamen vnum corpus, vnus spiri-  
 tus, sicut vocati sumus in vna spe voca-  
 tionis nostræ. Sit inter nos vna fides,  
 quam à Sanctis maiorib. nostris, nobis  
 traditā per manus accepimus. De qua  
 non disputandum, sed sicut illi fecerūt,  
 in ea, & pro ea, summa cum alacritate  
 moriendū nobis esse, quoties id res po-  
 stulauerit, certò deliberatū habemus.  
 Vt sic vnā linguā habentes, id ipsum di-  
 cētes, id ipsum sentiētes, idē sapientes,  
 inuocemus nomē tuū, & seruiamus ti-  
 bi sub iugo vno: sub illo charitatis iugo,  
 de quo legimus in Euangelio: Iugum  
 meum suaue est, atq; vnanimis, vno o-  
 re, honorificemus te, ô adaranda Trini-  
 tas, ô veneranda vnitas, Te Deum pa-  
 trem, te Deum filium, te Deum spiri-  
 tum sanctum: te Deum trinum in per-  
 sonis, vnum in substantia. Cui laus, ho-  
 nor, & gloria sit per infinita secula secu-  
 lorum. AMEN.


FINIS.

















B  
7

B.

799